



## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...**

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec  
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione  
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè  
tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Tractatus II. De Virtutibus Cardinalibus, Ac Præsertim De Ivstitia Et Ivre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

TRACTATUS II.  
DE  
VIRTUTIBUS  
CARDINALIBUS,  
AC PRÆSERTIM  
DE IUSTITIA ET IURE  
PRÆFATIO.

1.  
Quenam  
sint Vir-  
tutes Car-  
dinales, &  
quare sic  
dicta.



**V**IRTUTES Cardinales commendantur nobis Sap. 8. ubi de aterna Sapientia dicitur: Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. Sobrietatis enim nomine hic significatur temperantia; sicuti nomine Virtutis fortitudo, ut docet Augustinus l. 1. Retract. c. 7. Et ex textu Græco satis clarè constat; ubi ponuntur nomina harum virtutum Philosophis usitata. Vocantur hæc Virtutes aliquando principales, ut patet apud Ambrosium 1. Offic. c. 14. Prosperum l. 3. de Vita contemplat. c. 18. Gregorium 2. Moral. c. 27. aliàs 36. Frequentius Cardinales, præsertim apud Scholasticos; prout etiam vocantur apud Ambrosium lib. 5. in Epistolam; quia nimirum in earum exercitio post Theologicas omnium morum honestas firmatur ac quasi in cardine vertitur, eademque sunt prima quedam ac principalia honesta vitæ fundamenta. Ceteræ quoque Virtutes morales ijs sunt annexæ, tamquam partes potentiales (ut Doctores loquuntur) sive ob affinitatem ad illas reducuntur.

DISPUTATIO PRIMÆ.

De Prudentia, & Vitij Oppositis.

QUESTIO I.

Quid sit Prudentia, Quod ejus Officium, Quæve Partes?

2.  
Quid prudentia generatim.



**P**RUDENTIA generatim sumitur pro omni notitia veri, præsertim quæ aliquo modo ad rectè vivendum pertinet, prout pertinet universim fides & notitia Theologica. Speciatim verò & propriè, ac

ad sensum præsentis loci describitur ad Augustino l. 1. de lib. arbit. c. 13. Rerum appetendarum & vitandarum scientia. Ab Aristotele 6. Ethic. 5. Habitus agendi ratione verà circa bona humana, quæ scilicet sunt bona hominis, quæ talis: vel (ut alii ex eodem Aristotele) Recta ratio agendorum. Ex quibus alii hanc tamquam pleniorè & clariorem definitionem collegerunt, quod scilicet Prudentia sit Virtus intellectus, quæ in quovis negotio occurrente novimus, quid honestum sit, quid turpe, seu

Qu. 1. Quid sit Prudentia, Quod ejus Officium, Quaeve Partes? 257

seu quid agendum, quidque iudicandum.

3. Spectat ad intellectum. Quo sensu vocari possit virtus moralis.

Circa quid versatur.

An solum consideret honestum vel turpe.

4. An iudicium prudentiae possit interdum esse falsum.

5. Dubitatio subsequens non inficit actum praeiudicatum. Unde ipsa vincitur.

6.

Unde patet Prudentiam spectare ad intellectum, esseque aded virtutem intellectualem. Quamvis possit dici virtus moralis hac ratione, quod sit proxima directrix actionum moralium voluntatis. Proinde est velut regula seu mensura actionum bonarum, facitque directivè voluntatem rectam. Versatur autem Prudentia non nudè circa conclusiones universales morum, sed circa actiones singulas in particulari, dictans quomodo, & cum quibus circumstantiis, sint hic & nunc exercendae. Quae actiones eatenus spectatae idcirco sunt Prudentiae tum obiectum, tum effectus, tum finis. Debetque in iis, earumque fuga considerari honesta aut turpitudine: ut proinde hac consideratione seclusa solum improprie & per quamdam similitudinem dicatur quis prudenter agere in iis quae tantum artis sunt. Neque solum prudentia dicat quid boni particularis agendum, sed etiam quid vitandum: contrariorum enim eadem est scientia; nec potest esse perfecta notitia rectè vivendi, nisi sciatur, quid in moribus sit vitandum.

Difficultas moveri posset, quomodo Prudentia quatenus versatur circa singularia sit virtus intellectualis, cum ei possit subesse falsum, dum videlicet rectè quis operatur ex ignorantia inculpabili; prout contingit in Jacob cognoscente Liam. Reptali casu conclusionem esse practicè verissimam, nimirum licet attentis talibus circumstantiis accedi ad talem feminam; adeoque esse obiectum iudicii verissimi Prudentiae, quo hoc ipsum iudicatur esse licitum. Quod si quis iudicium tale formet (quod non est necesse) quatenus illatum ex una praemissa falsa, quae inculpabiliter putatur vera, v.g. ex hoc, quod ista verè sit uxor, fatendum quidem praestatum iudicium fore speculativè falsum ex parte motivi inadæquati; conclusio tamen obiectiva est verissima, ipsumque iudicium esse practicè verum, quatenus sufficit ad honestatem actionis & consequentem actum. Unde sic operans est sufficienter certus de honestate actionis hic & nunc exercendae. Vide dicta *Tract. de Act. Hum. c. 4. g. 2. num. 15.*

Nec refert, quod postea interdum oritur dubium de honestate praeteritae actionis. Nam dubium subsequens non potest inficere actionem, quae dum exercebatur, iudicabatur honesta, inquisitis & attentis iis, quae occurrebant inquirenda & attendenda. Oritur autem dubium subsequens (si sit verum dubium, & non scrupulus, qui etiam consistit cum presenti exercitio honestae actionis) sive ex agnitione circumstantiarum antea ignotarum, sive ex oblivione alicujus antea cognitae.

Cum verò Prudentia versetur circa *Herincx Sum. Theol. Pars III.*

omnia agibilia in particulari, quae quidem innumera ac disparatissima sunt, & non est habitus speciei unus, sed aggregatio. Occam, Bassolis, Gabriele, Almaino, quos sequitur Lessius lib. 1. de Virtut. Card. cap. 2. dub. 1. num. 6. & plurimi Recentiores, contra Thomistas, Vasquez, Tannerum & alios, Prudentiam non esse unum simplicem habitum, sed multiplicem specie, adeoque quaedam dumtaxat collectione unum, instat totalis scientiae. Quemadmodum etiam ars non est una specie respectu omnium fabricabilium, sed multiplex. Ex quo ulterius colligitur non esse dicendum complete prudentem, sed in certa tantum materia, qui circa nonnulla solum agibilia prudenter iudicat, & non circa omnia vel saltem pleraque, sed circa haec imprudens est.

Officia seu functiones Prudentiae numerantur à D. Thoma *quæst. 47. art. 8.* bene consultare, bene iudicare, bene præcipere executionem; immo præcipere dicit esse actum principalem Prudentiae. Verum consultatio, quae est quaedam veritatis inquisitio frequenter necessariè prævia ad iudicium prudenter formandum, non est proprie actus prudentiae, quae est habitus iudicativus, seu rectè iudicandi de consultatis. Potest tamen prudentia ipsam consultationem, ubi utilis vel necessaria est, præscribere, seu iudicare esse adhibendam; ne aliàs temere quis in operando procedat. Quod igitur *Aristoteles 6. Ethic. 7.* de consultatione dixit, ipsam prudentiam maxime opus esse, verum est, partim quatenus consultatio ad prudentiam concurret vel conditio ad ejus actum prærequisita & pars potentialis, partim quia prudentia dicat consultationem esse adhibendam. Iudicium autem dictans agenda hic & nunc aut vitanda, proprie est actus prudentiae, qui proprie consistit in recto iudicio circa actionem exercendam, quo nimirum quis iudicat actionem hic & nunc debere juxta regulas rationis tali modo fieri. Præcipere verò non est proprie actus prudentiae, sed est quaedam volitio, electio scilicet proximè movens ad executionem operis: at intellectus non est imperare, sed dirigere; ut contra Thomistas habet communis & alibi probata doctrina *Scotistarum*, & aliorum Doctorum.

Neque Prudentia solum præscribit consultationem de mediis, aut dicat ipsa media, sed etiam præscribit frequenter ipsos fines, saltem in particulari; ut rectè docet *Scotus 3. d. 36. nu. 18. & segg. Suarez, Vasquez, Arriaga* & alii passim contra Thomistas, Valentia & alios. Patet enim experientia, quod non raro propositis variis finibus, intellectus deliberet seu consultet, quis

Prudentia & non est habitus speciei unus, sed aggregatio.

7. Officia Prudentiae quae assignentur à D. Thoma.

Consultatio non est proprie actus Prudentiae.

Quod iudicium sit proprie Prudentiae.

Præcipere non est actus Prudentiae.

8. Non solum media, sed & fines Prudentia præscribere potest.

quis illorum sit amplectendus, v.g. an hic & nunc abstinendum, an verò comedendum quod delectabile apparet gustui, & sic de ceteris. Tunc autem rebus perpensis, prudentiæ est dictare præferendam v.g. esse abstinendam ob honestatem quæ prædita est, & sic de ceteris, etiam non attentâ utilitate ulteriori: quamquam si Prudentia sit christiana, & meritorii operis regula, consideretur climatus finis, ad quem exercitium virtutum moralium tamquam medium dirigatur. Accedit, quòd actum virtuosum voluntatis necessariò præcedat dictamen prudentiæ; potest autem huiusmodi actus voluntatis indubiè circa ipsum finem v.g. honestatem huius vel illius virtutis, & non tantum circa media ad illam conducentia versari, adeoque per prudentiam dirigi. Deinde etiam Synderesis (quæ juxta Nonnullos est habitus superadditus, juxta alios autem ipse intellectus habilis & expeditus ad judicandum de objecto Synderesis, ut volunt Nominales teste Porzio d. 36. in Comment. Scoti num. 115.) versetur circa universalissima morum principia; tamen circa conclusiones practicas, aut actiones hic & nunc vi illarum etiam circa ipsos fines exercendas (de quibus hic agit) ipsa non versatur, neque etiam aliarum virtutes intellectuales (ut in d. actione cuius eas noscenti obvia pater) adeoque circa has versatur ipsa prudentia.

Exponitur  
mens D.  
Thomæ.

Unde rectè dixit ipse D. Thomas 1. 2. quæst. 66. art. 3. Prudentia non solum dirigit virtutes morales, in eligendo ea que sunt ad finem, sed etiam in præstituendo finem. Est autem finis uniuscujusque virtutis moralis attingere medium in propria materia; quod quidem medium determinatur secundum rectam rationem prudentiæ. Proinde ne hic sibi contradicat qu. 47. art. 6. docens prudentiam solum disponere de iis, quæ sunt ad finem, intelligi potest de officio ordinario prudentiæ, & sine universalis seu communi, ad quem homo censetur circa deliberationem jam satis determinatus.

10.  
Octo partes  
integrales  
Prudentiæ  
enumerantur  
ac describuntur.

Ad partes Prudentiæ quod attinet, D. Thomas quæst. 48. potissimum ex Macrobio & Tullio octo enumerat partes integrales prudentiæ, videlicet Memoriam aliquando perceptorum, unde nascitur experientia magistra prudentiæ, quæ circa operabilia ut plurimum contingentia versatur: Intellectum seu intelligentiam, primorum scilicet principiorum practicozum: Docilitatem, seu promptam facilitatem ad discendum ab aliis prudentibus & expertis; quòd facit tum dispositio ingenii, tum studiosa sollicitudo: Solertiam seu Eustochiam à D. Thoma desumptam ex Aristotele, quæ est prompta & facilis conjectatio medii, sive mediantibus instructio-

nibus, sive propriæ inventionis: Rationem, quæ est promptitudo ratiocinandi, & unum ex alio simili, vel applicando principia generalia colligendi: Providentiam, quæ respicit futura hic & nunc maximè à prudentibus consideranda, veluti jam agendis connexa: Circumspectionem, quæ respicit circumstantias præsentis unde quaque occurrentes & considerandas: Cautionem, quæ quis advigilat, ne sub specie boni voluntas in eligendo seu determinando decipiatur.

Non omnes autem ex his sunt propriæ partes vel actus Prudentiæ, etiam concurrant aut prærequirantur saltem ad ejus consecutionem & usum: ut patet in docilitate, quæ pariter prærequiritur ad alias scientias, uti & juvat proportionata memoria, intelligentia principiorum, solertia, promptitudo ratiocinandi, Cautio quoque à Nonnullis refertur ad circumspectionem, seu cognitionem circumstantiarum; cum ipse D. Thomas q. 49. art. 7. necessitatem circumspectionis fundet in hoc, quòd cum actiones humanæ maximè mutantur ex circumstantiis, sæpè contingat propter aliquam circumstantiam objectum esse malum & contrarium fini intento, quòd ablata circumstantiâ poterat judicari bonum: hoc ipsum autem maximè spectat ad cautionem. Unde qui circumspecti, etiam carni sunt & dicuntur. Providentia quæ tamen aliter à Nonnullis explicatur, ut sit ordinatio mediorum in finem; quòd est principale officium seu actus prudentiæ) locum habet in actionibus, quæ sunt illativæ in futurum alicujus effectus, qui proinde in præsentem considerari debet. Eamque Arriaga d. 50. quæst. 2. num. 9. non distinguit à circumspectione (quòd spectat ad quæstionem de voce) à prudentia verò distinguit eam num. 11. tamquam inclusum ab includente, eò quòd prudentia etiam versetur circa actiones in quibus non consideratur honestas earum ex futuro, sed tantum ex præsentem. Nihilominus generaliter spectat ad præditum Prudentiâ christiana providere & considerare in omnibus actionibus futura potest hanc vitam.

Aliter possunt partes integrales prudentiæ vocari partiales habitus; partim numero, partim specie distincti, ex quibus constat una completa & totalis prudentia. Qui tamen partiales habitus, quæ unus considerari potest prudentia instar generis aut universalis, possunt etiam ceteri partes subjectivæ; quamvis hæc alii nominibus soleant à D. Thoma & aliis Doctoribus recitari.

Itaque partes subjectivæ (quo nomine species seu inferiora vocantur; uti nomine partium potentialium intelliguntur virtutes prudentiæ affines, ad quam proinde ratione

11.  
An sint omnes propriæ partes illius, & invicem condisciplinabiles.

12.  
Alii morales assignantur partes integrales Prudentiæ.

13.  
Quid sit virtus prudentiæ, et partes subjectivæ, quid sit potentia.

QUESTIO II.

De Vitiis Prudentia Oppositis.

ratione cognitionis magna reducitur, ei- que annecti solent: quod pariter locum habet in temperantia, fortitudine & iustitia) à D. Thoma quaest. 48. art. quic. assignantur prudentia personalis, quæ etiam solitaria & sui moderatrix dicitur: alia poliarchica, quæ etiam dicitur regitiva vel gubernatrix: illa respicit directionem cuique propriam in ordine ad suum bonum: hæc directionem multitudinis. Diciturque ipsa ab Aristotele 6. Ethic. 8. in Oeconomicam, quæ quæ novit quomodo gubernanda sit familia: Civilem seu politicam, quæ novit, quomodo regenda sit publica: & legislatricem, quæ etiam nomothetica dicitur, quæ novit, quæ leges sint condendæ. Addit D. Thomas 9. 50. art. 4. prudentiam militarem, quæ supponere videtur artem militarem, eique superaddere notitiam dirigendi milites ad functiones militares secundum regulas virtutis, præsertim fortitudinis obeundas.

Quæ par- tus subjecti- va prudenti- si.

14. Qualiter omnes comprehendantur sub prudentia personali.

Attamen hæc omnes prudentiæ comprehenduntur revera sub prudentia personali: is enim, qui prudenter v. g. administrat familiam, facit quod & qualiter decet suam personam agere, & sic de cæteris quælibet prudentia in ordine ad quemlibet finem dirigit propriam personam ad iudicandum, quid sibi honestum sit ut agat: quamquam distinguantur secundum actiones directas, earumque fines, quod scilicet in prudentia mere personali sit finis privatus, in actionibus aliarum sit etiam finis communis familiæ aut civitatis aut regni. Et in tali consideratione rectè distinguuntur istæ prudentiæ, saltem sumendo prudentiam personalem exclusivè, ut scilicet intendat bonum proprium tantum. Quæ ratione sunt multi simplices & unæ prudentes personaliter, qui forent imprudentes in oeconomicis, politica, legislatione, militia.

15. Inter partes generales ista est Eubulia, non Synesis & Gnome. Quid sint singula.

Tres denique assignantur à D. Thoma quaest. 51. partes potentiales prudentiæ, Eubulia, Synesis, & Gnome. Sed de sola Eubulia, quæ est habitus inclinans ad rectè consultandum, id potest sustineri. Synesis enim, quæ est habitus iudicandi de particularibus operabilibus consultatis, idque juxta communes regulas, & Gnome, quæ est habitus rectè iudicandi ex principiis quibusdam altioribus præter ordinarias regulas, seu contra tenorem verborum legis (quod fit per epykiam) sunt ipsamet prudentia, eamque integrant, uti diversi habitus circa diversas conclusiones unam scientiam realem.

OMNE peccatum est aliquo modo contra prudentiam, scilicet contra ejus dictamen: non tamen peccatur semper ex iudicio imprudenti, sed quandoque ex indifferenti, quod scilicet aliquid iudicatur non esse quidem honestum, sed tamen delectabile, in ordine ad ipsum agendum; aut esse quidem præceptum, tamen molestum, in ordine ad illud omittendum. Alioquin satis patet, quod dum homo rectè & ex prudenti iudicio operatur, etiam in materia præcepti, id agat liberè, potens, eadem manente notitiâ, non agendo vel oppositum operando, peccare. Omnis tamè peccans est quodammodo imprudens & ignorans. Imprudens quidem, quia agit contra dictamen sive iudicium prudentiæ: ignorans autem, quatenus vel ignorat, vel turpitudinem peccati ut par est non considerat: quamquam (licet rariùs fiat) simpliciter posset quis omnino considerans ex malitia pura peccare.

16. Quo sensu omne peccatum sit contra prudentiam, quo non.

Propriè itaque loquendo opponitur generaliter iudicio prudentiæ ipsa imprudentia actualis, consistens in iudicio non recto de opere hic & nunc exercendo: prudentiæ verò habituali opponitur imprudentia habitualis inclinans ad huiusmodi iudicium. In ea tamen non est per se speciale peccatum, nisi ad summum veniale, quatenus excludit scientiam: de qua non est speciale præceptum extra materiam fidei. At ratione operis præcepti aut vetiti, cuius omittendi vel agendi periculo quis se exponeret, est peccatum (supposito sufficienti voluntario) proportionatè ad qualitatem operis præcepti aut vetiti.

17. Imprudentia opposita prudentiæ in quo consistat.

Specialiter autem inter vitia per defectum opposita prudentiæ recenseri solent ex D. Thoma quaest. 53. & 54. Præcipitatio, Inconsideratio, Inconstantia, & Negligentia; utpote opposita ipsis prudentiæ regulis. Quarum una est, ut opus non agrediariis cum impetu & accelerata determinatione, non præviâ deliberatione seu consultatione congruâ, cui opponitur præcipitatio seu temeritas. Secunda, ut excluso accelerato impetu non feras iudicium, neglectâ attentâ consideratione qualitatum & circumstantiarum operis; cui opponitur inconsideratio. Tertia, ut post maturam deliberationem & consideratum iudicium, non facilè ab eo divellaris, & ad sententias mutandas omni vento facilè movearis; cui opponitur inconstantia. Quarta, ut quod deliberatum & resolutum est, oportunè exequaris, cui opponitur negligentia consistens in defectu sollicitudinis & tar-

18. Expenduntur vulgata vitia prudentiæ opposita per defectum Præcipitatio, Inconsideratio, Inconstantia, Negligentia.

& tarditate præcipiendi quod consulta-  
tum & iudicatum est fieri; juxta *D. Tho-*  
*mam quæst. 54. art. 5.* Verùm defectus iste  
non est intellectus, aut prudentiæ (cujus  
solum est dicere & judicare, non præci-  
pere) sed voluntatis; ut proinde pruden-  
tia sit suis numeris absoluta, quando non  
temerè, sed consideratè & constanter seu  
inflexibiliter iudicat, quid hic & nunc agen-  
dum vel omittendum est. Negligentia au-  
tem in volendo & exequendo opere tunc  
est solius voluntatis; & estque opposita illi  
virtuti, in cuius materia versatur, v.g. ne-  
gligentia in explendo prælati mandato,  
contra obedientiam; in colendo Deo, con-  
tra religionem, & sic de ceteris.

19.  
Vnde orian-  
tur,

Porro juxta *D. Thomam q. 53. art. 6.* ori-  
tur præcipitatio, inconsideratio, & inconstan-  
tia maximè ex luxuria; eò quòd passio  
luxuriæ animum absorbeat, & ad sensibili-  
lem delectationem trahat, adeoque maxi-  
mè corrumpat æstimationem prudentiæ.  
Eadem proinde sunt filia luxuriæ juxta  
*Gregorium 31. Moral. c. 17. li. 31.* Nihilominus  
oriuntur satis frequenter aliunde,  
præsertim in materiis à luxuria omnino in-  
dependentibus: Præcipitatio quidem ex  
cholera sive ira, ipsa quoque & Inconfide-  
ratio ex superbia, aliisve vitiis. Inconstantia  
similiter ex timida complexionè & instabi-  
litate animi, & aliisve occasionibus origi-  
nem frequenter trahit. Neque in hujusmo-  
di defectibus est periculum gravis peccati  
per se, sed tunc solum per accidens, quando  
ex illis omitteretur aliquod opus graviter  
præceptum, aut fieret aliquod graviter pro-  
hibitum, sive adesset periculum morale.

Qualis  
sunt peccata

20.  
Qua vitia  
Prudentiæ  
opposita per  
excessum  
assiguntur.

Præter hæc enumerant Doctores cum  
*D. Thoma quæst. 55.* nonnulla vitia habentia  
quandam fucatam speciem seu similitu-  
dinem prudentiæ, tamquam eidem oppo-  
sita per excessum, scilicet prudentiam car-  
nis, astutiam, dolum, fraudem, sollici-  
tudinem nimiam de temporalibus, & fu-  
turis.

Quid Pru-  
dentiæ car-  
nis, & quale  
peccatum.

Prudentia carnis dirigit opera carnis,  
seu facta secundum instinctus naturæ cor-  
ruptæ, sicut vera prudentia opera spiri-  
tibus; excogitatque idonea media ad opera  
mala seu carnis complenda: & quidem si  
opera, quæ dirigit, sint mortalia, est mor-  
talis. De qua Apostolus *ad Rom. 8.* Pruden-  
tia carnis inimica est Deo. Si venialis, est ipsa  
venialis. Tota enim ejus malitia est ex affe-  
ctu quem conjunctum habet, eumque con-  
notat; nam ratio ingeniosè inveniendi &  
assequendi ea, quæ carnis cupiditatibus ser-  
viant, etiam potest cognosci à viris san-

ctis, sed non præficari; qui idcirco non  
dicuntur prudentes secundum carnem, sty-  
lo, aut ex mente Scripturæ.

Astuti generatim dicuntur, qui norunt  
modos agendi non passim obvios, quibus  
vel alios decipiant, vel cavent, ne deci-  
pantur. Et sic est quid magis commune  
astutia, quam prudentia. Immo in Scriptu-  
ra interdum nomine astutiæ prudentia in-  
telligitur, *Proverb. 1. Ut deus parvulis astu-  
tia*, id est, circumspicere, ne facile deci-  
pantur. Et *c. 13. Astutus*, id est, prudens &  
circumspectus, *omnia agit cum consilio.* Hic  
sumitur pro notitia pravorum mediorum  
ad fallendum idoneorum cum affectu exe-  
quendi conjuncta. Sic sumitur ab Aposto-  
lo *2. Cor. 4. Non ambulantes in astutia.* Con-  
tinet artem simulandi & dissimulandi, ha-  
betque locum in functionibus proximorum  
concernentibus: nemo enim sibi quid oc-  
cultum cupit, sed proximo. Est denique  
species prudentiæ carnis late sumptæ: nam  
videntur maximè secundum mundum pruden-  
tes, qui modos norunt occultos obti-  
nendi temporalia fallendo alios.

21.  
Astutia di-  
versimodè  
sumitur.

Quo sensu  
hic sumi-  
tur.

Dolus generatim est astutiæ executio,  
tum per verba, tum per facta; potissimum  
autem quæ fit per verba. Fraus est exe-  
cutio astutiæ per facta; adeoque quid mi-  
nus commune ad dolum. Habent se ad  
prudentiam falsam, sicut pactiones justæ  
ad prudentiam veram: nam sicut hæc regu-  
lis prudentiæ, ita illæ regulis astutiæ diri-  
guntur; adeoque hi modi agendi contra  
prudentiam non distinguuntur ab astutia  
sed sunt executiones, seu actus externi  
astutiæ.

Quid Do-  
lus &  
Fraus.

Sollicitudo temporalium & futurorum  
moderata laudabilis est, commendata *1. Timoth. 6. & 10.* Nimia reprobat *Matth. 23. 23.*  
*6. Lucæ 12. & 1. ad Timoth. 6.* estque ipsa  
radix malorum. Involvit autem nimiam  
temporalium cupiditatem, anxiam curam  
illa conservandi aut consequendi inde ori-  
undam, & similiter nimiam circa illa  
mentis occupationem. Quare radicaliter &  
præcipue, quatenus est vitiosa, in volunta-  
te consistit. Unde est summè cavenda, esti-  
mantem sit venialis, nisi dum quis idcir-  
co violat aut violare paratus est præcep-  
tum graviter obligans. Vide effectus hu-  
jus vitii apud *Leffium lib. 1. cap. 2. num. 29.*  
& 30.

22.  
Sollicitudo  
temporalium & fu-  
turorum  
expenditur.

Sollicitudo futurorum maximè circa  
temporalia versatur, & sic est species sol-  
licitudinis temporalium. Aliàs etiam ver-  
satur circa honores, promotiones &c. pro-  
ut quis similibus cupiditatibus est intri-  
catus.

DISPUTATIO SECUNDA

De Temperantia, ejusque Partibus, & Vitiis Oppositis.

QUESTIO I.

Quid sit Temperantia, & quæ Vicia Opposita?

I. Quid Temperantia generatim, quid speciatim dicat.



TEMPERANTIA generaliter sumpta est virtus, quæ refrænat affectum hominis ab iis, quæ ipsum contrariationis præscriptum allucit. Specialiter verò sumpta, est virtus quæ moderatur voluptates gustûs & tactûs concernentes generationem & nutritionem.

Hujus materia examinatur.

Dico voluptates gustûs & tactûs: non enim versatur temperantia propriè & strictè sumpta circa oblectamenta aliorum sensuum: quia non solent homines dici temperantes aut intemperantes ex eo, quòd moderatè vel immoderatè delectentur pulchritudine rerum quas intuentur, aut suavitate vocum vel odorum quos auribus vel olfactu percipiunt: nisi velut secundariò & per accidens, in quantum scilicet objecta sensibilia istarum delectationum conferunt ad delectabilem usum rerum necessariorum ad speciem aut individui conservationem, sive ad generationem aut nutritionem. Sic versatur temperantia circa voluptatem, quæ oritur ex pulchritudine & ornatu feminæ, quatenus confert ad delectabilem ejus usum &c.

Dixi etiam concernentes generationem & nutritionem: non omnis enim voluptas horum sensuum pertinet ad materiam temperantiæ: nam tactus non tantum delectatur iis, quæ pertinent ad venerem, sed etiam aliis, v. g. mollitie, calore, & similibus.

Voluptas etiam gustûs si per se & solitariè spectetur, non est sufficiens materia temperantiæ: neque enim quis dicitur propriè intemperans ex eo, quòd suavitate saporis, seu ciborum deliciis plus æquo delectetur, sed inde potius dicitur delectari. Unde excedere in voluptate gustûs, & præcisè ibi sistatur, & non accedat delectatio quæ est per sensum tactûs, non est actus intemperantiæ strictè dictæ, sed excedere in fruitione cibi & potûs, quæ fruitio fit per contactum, maxime dum cibus & potus trajicitur per esophagum. Unde helluo quidam Phloxenus Erixius optabat collum longius collo gruis, ut diutius cibo uteretur teste Aristotele 3. Ethic. 10.

Materia igitur propria temperantiæ est Herinx Sum. Theol. Pars III.

appetitio esculentorum, poculentorum, & venererorum, & delectatio inde resultans; remotior verò est, externus horum ulus, remotissima ipsa objecta delectabilia: voluptates enim circa hæc objecta vehementissimæ sunt, maximeque alluciant, ac hominem à se ipso, si ratio modum non adhibeat, abducunt. Unde sicut brutis nobiscum communes sunt, sic hominem quasi brutalem faciunt, non sic delectationes aliorum sensuum, quæ non sunt ita vehementes, aut rationi repugnantes, sicut delectationes gustûs & tactûs; adeoque pro his maxime necessaria fuit virtus earum moderativa juxta rationis præscriptum.

Eadem determinatur. Ratio statuenda specialis virtutis Temperantiæ assignatur.

Non rectè tamen ad propositum hic allegatur, quòd delectationes aliorum sensuum non sint brutis communes nobiscum, quasi bruta eas non appetant, nisi in ordine ad tactum, sive nutritionem vel commixtionem, id est, quatenus alterutrius imaginationem ingerunt: quamvis enim id asserat D. Thomas quæst. 151. art. 4. Lesius lib. 4. c. 1. dub. 1. & quidam alii, & verè ita interdum fiat: tamen sic semper aut necessariò fieri gratis omnino asseritur: non enim est ratio, cur bruta, in sensibilibus nobis similia, immo in nonnullis præcellentia, non delectentur objectis delectabilibus aliorum sensuum in iis sistendo, uti nos: cum totum id sit intra spheram potentie materialis seu sensitivæ. Neque aliquid urgens à posteriori potest in contrarium allegari. Immo experientia potius contrarium suadet: docet enim res delectari sono charæ, cantu aliarum avium, etiam mascularum, ac extra tempora colûs. De odoribus idem probant Conimbrienses 2. de Anima c. 9. q. 5. art. 2.

3. Quædam ratio rejicitur.

Vitiis examinatur, an bruta delectentur objectis auditivis &c. in iis sistendo.

Vitia temperantiæ opposita duo enumerantur, Stupor videlicet, & Intemperantia, Stupor seu insensibilitas opponitur ei per defectum: ex parte nimirum materiæ, quatenus deficitur in delectabilibus (quamvis alià cõsideratione sit quidam excessus temperantiæ sive abstinentiæ) estq; vitium quo cavet & fugit quis delectationes gustûs & tactûs, ut nolit eis uti, quando, vel ubi, vel quantum secundum rectam rationem oportet, quod vitium est satis rarum, ut experientia docet. Est peccatum mortale aut veniale pro qualitate obligationis rei delectabilis repudiatæ. Unde graviter peccas, si idcirco debitum conjugale reddere, necessarium alimentum sumere detrectes &c. Ibi tamen concurrat obligatio alterius virtutis, puta justitiæ, propriæ charitatis &c.

4. Quæ sint vitia opposita Temperantiæ.



Intemperantia temperantiae opposita per excessum (quod intellige modo statim declarato) est vitium, quo quies in appetendis & fruendis delectationibus gustus & tactus antea explicatis excedit super rationis mensuram. Vitium hoc est maxime probrosum, in eo enim nihil latet ingenii, industriae, generositatis, aut similibus, quae hominem decet, sed cum rebus rationali creatura dignis appetit, bestiarumque assimilatur, ac luce rationis velut extincta mancipium ventris & gulae reddit.

*Intemperantia cur vitium maxime probrosum.*

*Quae sint partes temperantiae.*

Partes temperantiae integrales assignantur à *D. Thoma q. 149. art. un.* Verecundia & Honestas: Subjectivae, Castitas, Pudicitia, Abstinencia in cibo, Sobrietas in potu: Potentiales, Continentia, Humilitas, Mansuetudo, seu clementia, modestia. De quibus & vitiis oppositis superest agendum.

QUESTIO II.

*De Verecundia, Honestate & Castitate.*

**V**ERECUNDIA proprie est passio quaedam, dolor videlicet vel timor probri ex consideratione rei vel facti turpis seu probrosi, unde scilicet probrum seu dedecus nascitur. Quare primario fugit probrum, secundario & consequenter etiam ea quae sunt probro digna, cujusmodi maxime sunt peccata intemperantiae. Et hac ratione quodammodo conducit ad temperantiam, etsi non sit proprie virtus. Laudabilis tamen est passio, si sit moderata, seu non excedens aut deficiens. Excessus autem cernitur in iis, qui quasi pavidi ad quavis suffunduntur verecundia: defectus vero in impudentibus, qui non erubescunt, ubi verecundandum esset. Qui autem intra limites decetiae verecundatur, laudabiliter verecundus est. Quod si verecundia sumeretur pro actu voluntatis refugientis excessum ex consideratione turpitudinis, jam fore ipsissima actus virtutis temperantiae.

*Quid Verecundia.*

*6. Quid Honestas.*

Honestas aliquando sumitur pro opulentia *Sap. 8.* ubi divitiae indefectibiles dicuntur *honestas sine defensione.* Et *c. 10. Honestas*, id est ditavit, illum in laboribus. Et *Ecclesi 31. Vigilia honestatis*, id est, juxta *Septuaginta, divitiarum.* Communiter vero honestas idem est quod decor seu pulchritudo quaedam intelligibilis, coincidens cum bonitate morali; quae mentem trahit suam excellentiam, etiam seposito alio commodo aut utilitate. Tunc autem virtus singularius nomen honesti aut decori participat, quando exterius innotescendo exhibetur seu elucet decor & honestas animi in actionibus exequendis modo & circumstantiis debitis. Specialius vero statuitur

esse pars temperantiae, quatenus sumitur pro virtute retrahente hominem à maxime probrosis & inhonestis, seu brutalibus voluptatibus, scilicet cibi, potus & veneris, & inclinatur ad amandum decorum particulariter relucens in abstinentia ab illis. Estque ita ipsissima temperantia, amans honestum & declinans inhonestum oppositum.

*7. Quid Castitas.*

Castitas generaliter accepta, significat puritatem animi à omni inordinata delectatione & amore creaturarum: anima enim ex inordinata adhaesione erga res creatas, quasi contaminatur, quemadmodum per corporales immundities corpus foedatur. Proprie autem accepta castitas, de qua nobis hic est sermo, est virtus quae moderatur affectum & usum rerum venerearum. Diciturque pudicitia, prout versatur circa oscula, tactus & similia pravia ad actum principalem. Quae proinde non recte enumeratur tamquam distincta virtus: cum moderatio omnium hujusmodi affectuum & operum spectet ad eandem virtutem.

*Quid Pudicitia.*

*An distinguatur à Castitate.*

Idemque dicendum est de continentia; quae (omissis pluribus acceptationibus, quas recenset *Sylvius q. 135. art. 1.*) interdum significat castitatem perfectam, sive affectum abstinendi ab omnibus venereis etiam licitis, estque continentia caelibum aut vidualis. Interdum sumitur pro virtute, quae resistit inlurgentibus contra rationem motibus carnalis concupiscentiae. Et sic sumpta recensetur quidem à *D. Thoma. q. 143. art. un. & q. 155.* inter virtutes potentiales temperantiae, revera tamen est ipsissima castitas seu temperantia inadaequate concepta, quae moderatur omnem affectum inordinatum venereorum, adeoque impedit consentum in motibus inordinatis, eodemque reprimere studet. Vel si accipitur prout generatim restrinat motus intemperantiae, erit ipsa virtus temperantiae. Ad summum continentia sic sumpta connotat quandam imperfectionem continentiae, veluti subjecti in quibus motibus in parte sensitiva non perfecte edomitae, quam non ita connotat temperantia seu castitas; ut continens similis sit habenti feras agrestes cicurandas, temperans seu castus ei qui jam illas cicuravit: quamvis & hic frequenter non careat motibus contra rationem insurgentibus inaequaliter juxta diversitatem complexionis, occasionum vel divini permissionis ad majus meritum.

*8. Quid Continentia.*

*Non velle numerari inter partes potentiales temperantiae.*

Dividitur Castitas in perfectam & imperfectam. Perfecta est, quae ab omnibus voluptatibus carnis, tam licitis, quam illicitis, perpetuo abstinere proponit. Imperfecta est, quae vel solum ad tempus id proponit, vel solum ab illicitis abstinere & licitis moderatè uti; prout est in matrimonio, diciturque castitas conjugalis. Castitas perfecta, alia est vidualis, quae est in

*9. Castitas alia perfecta alia imperfecta (scilicet conjugalis).*

*10. Perfecta.*



alia vidua-  
lis, alia vir-  
ginalis.

est in iis, qui integritatem carnis per usum conjugii aliquando violarunt: cui affinis est in iis, qui deinceps castitatem perfectam proponentes, carnis integritatem etiam extra usum conjugii violarunt: alia virginalis, quæ vult virtus virginitatis vocari, & superaddit castitati perfectæ carnis puritatem seu integritatem voluntariam, sive voluntariè omni tempore amplectendam & studiosè conservandam. Ideoque Augustinus l. de S. Virginitate c. 13. eam describit dicens quòd sit in carne incorruptibilis incorruptionis perpetua meditata; seu voluntas jugi periculorum meditatione indigens, perpetuò vitandi omne libidinolum mentis contagium & corporis corruptionem. Cui quidem sæpe accedit sanctum & meritorium ejus semper conservandæ votum; cuius violatio constituit sacrilegium. Ipsa tamen virtus aut ratio virginitatis hujusmodi votum non requirit; cum nullo id fundamento doceri queat.

Quid vir-  
ginitatis  
virtus.

Non inclu-  
dit votum.

11. Unde virtus virginitatis non nisi voluntariè potest amitti: quamquam physica integritas, quæ inest à natura posset etiam virgine nolente violari per oppressionem, etsi non violetur pudicitia seu castitas, adeoque nec virginitas quatenus virtus; ut rectè Augustinus l. 4. contra Julianum c. 8. Et l. de Cris. c. 18. ubi addit: *Obsterix virginis cujusdam integritatem manu velut explorans, sive malevolentia, sive inscitia, sive casu, dum inspicit, perdidit. Propterea S. Lucia dicebat: Si invitam jussus violari, castitas duplicabitur ad coronam.* Quare etiam involuntariè corruptas sua præter laureola virginalis.

12. An autem possint ab Episcopo recipere velum consecrationis dubitatur. Et quidem multi Doctores negant ducti auctoritate Leonis Papæ c. 11. *Ille autem 32. q. 5.* Sed ubi potius datur consilium, quam præceptum; & sermo videtur de casu notorio, in quo ob suspensionem consensûs & externam innocentiam tales difficultè admitrentur. Aliàs autem admitti possent, tamquam non corruptas, supple voluntariè, uti in casu integritatis amissa per imprudentiam obstetricis, est sententia satis probabilis.

13. Quomodo amittatur virginitas, & an recuperabilis. Cum itaque virginitas, de qua hîc, sit virtus castitatis perfectæ, amittitur per actus huic contrarios, etiam merè internos, nullo per propositum nubendi & unâ matrimonium consummandi. In hujusmodi enim deficit perfecta castitas. Quamvis manente integritate seu incorruptione corporis & statu velut physico virginitatis, recuperetur castitas perfecta, adeoque dum caro est integrâ, potest recuperari virginitatis virtus per poenitentiam seu propositi immutationem. At si caro semel sit voluntariè corrupta, impossibile est virginitatem recuperari juxta illud Hieronymi Epist. ad Eustochium de Custodia Virginit. circa init.

Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruita. &c. Nimirum, quia quod semel factum est, uti supponitur violata voluntariè integritas, (cujus contradictorium per virtutem virginitatis connotatur) infectum fieri nequit. Quocirca etiam perfecta innocentia, quæ connotat absentiam præsentis & præteriti peccati, reparari nequit.

Amittitur potest carnis integritas per copulam carnalem. Et quidem femine vulgò & secundum humanam æstimationem censentur virgines, donec claustrum virginalis sit per copulam violatum. Unde etiam Deuteron. 22. viro conquerente se non invenisse uxorem virginem, judicabatur contra virum hoc ipso, quòd claustrum integritas probata sit pro tempore, quo viro tradebatur. Quod proinde communis sententia etiam sufficit, ut stylo Pontificali vocentur virgines, possintque accipere velum consecrationis vel virginalis (quod distinguitur à velo professionis) ab Episcopo (à quo solebat dari virginibus ætatis viginti quinque annorum) etsi aliis modis corruptæ; quæ idcirco ab Episcopo rogantur de carnis integritate. Secus est communis sententia de voluntariè corruptis, etsi occultè: quamvis quidam contradicant, quòd putentur, adeoque opinione humanâ sint virgines. Quod saltem in periculo gravis infamie aliàs incurrendæ potest admitti. Vide Lessium l. 4. c. 2. dub. 16. num. 117. Præterea amittitur carnis puritas, adeoque virginitas irrecuperabiliter, uti in viris, sic & in feminis servatâ claustrum integritate per voluntariam pollutionem, sodomitiam, immo etiam judicio plurium per turpes ac libidinosos tactus ex se pollutionis excitativos, etsi hæc per accidens non sequatur. Vide Lessium l. 4. c. 2. dub. 16. n. 121.

Virginitas denique mentis & corporis esse præferendam statui conjugali est fide certum, contra Jovinianum & Hæreticos recentiores, meritoque definitum à Tridentino sess. 24. can. 10. de Matrimonio. Ipse enim Christus id patenter indicat Matth. 19. & Apostolus 1. Cor. inter plura alia dicens: *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit.* Idem habet perpetuus sensus Ecclesiæ, & (quod nec ipsi Hæretici dissentent) unanimiter asserunt Patres. Videri potest Cyprianus l. de Disciplina & habitu Virginum. Basilius l. de vera Virginitate. Ambrosius l. 1. de Virginitate. Hieronymus l. 1. contra Jovinianum. Augustinus l. de Bono conjugali, & l. de S. Virginitate. Ratio est: quia conjugium per se est officium naturæ, virginitas autem eximia virtus, ejusve objectum; in qua homines assimilantur angelis; ut taceam sceditatem, quæ inest actui conjugali, aliaque conjugio immixta, quæ à caelestibus mentibus retrahunt. Unde non solum apud Ethnicos ductum luminis naturalis sequentes, sed

14. Carnis integritas per virginitatem connotata quibus modis amittatur.

Que vulgò virgines dicuntur, & velari ab Episcopo possunt.

15. Status virginalis præferendus conjugali.

ſed etiam apud Chriſtianos ſemper fuerunt Virgines in ſingulari eſtimatione.

16. *Explicatur Hæretici exiſtentes virginitatem non poſſe ſervari.*

Ridiculum autem eſt dicere, rem eſſe impoſſibilem, quam exemplo Chriſti, Dei- paræ, Joannis Baptiſtæ, Eliæ, tam numeroſa Sanctorum utriuſque ſexûs examina ſervarunt, atque uſque hodie ſervant. Quin & ipſi Hæretici utriuſque ſexûs ſat ſerò frequenter connubium amplecti, convincuntur eoſque ſervatam ab ipſis, atque adeò ſervari poſſe virginitatem, uti & in ſtatu virginali caſtitem, utique non niſi conjugali officio violandam ex præcepto divino: aut certè convincuntur mandatum iſtud divinum impoſſibile aſſerere, ſeque interea libidinoſos fuiſſe. Quòd ſi qui habeant in carne periculum labendi, quod aliis mediis non conantur vitare, melius eſt iis nubere, quam uri: quamquam caſtitem, ſi ſit Deo promiſſa, ſervare debeant, & cum gratia Dei poſſint, tentationibus per alia à matrimonio præſidia ſuperatis. Objectiones Hæreticorum ſunt nullius momenti. Videri poteſt *Leſſius l. 4. c. 2. dub. 15.*

tra naturam ſunt ſpecies diſtinctæ in genere luxuriæ. Nam adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, ſacrilegium conveniunt quantum ad malitiam luxuriæ cum ſimplici fornicatione, ſeu perſonæ liberæ cum libera, cui ſuperaddunt ſingula malitiæ ſpecielem extra genus luxuriæ: adulterium quidem malitiam injuſtiæ reſpectu conjugis, cum ſit copula ſupponens in utroque vel altero vinculum conjugii: inceſtus, malitiam contra pietatem debitam languine junctis: Stuprum, quod eſt violenta oppreſſio virginis.

20. *Oppreſſio Corruptio non eſt ſtuprum. Quæ ejuſmodi eſt ſtuprum. Quid cenſendum de copula cum virgine ſententiæ.*  
Dixi notanter ſtuprum eſſe oppreſſionem virginis: nam violenta oppreſſio corrupta non eſt propriè ſtuprum, etſi actus ut quoque graviter injurioſus, atque etiam ei infligatur pœna mortis, & quidem juxta Tabulas legum Brachanæ anni 1312. in modo acerbius, ut ſcilicet ei, qui invitam virginem aut feminam ſtupraverit, aſſere cervix amputetur. Uti neque eſt propriè ſtuprum, aut ſpecialiter mala, eſto quodammodo gravius juxta *Leſſium l. 2. c. 10. dub. 1. Suarez, Sanchez & alios paſſim contra Cajetanum, Navarum, Medina & alios* defloratio virginis conſentientis; quæ proinde circumſtantia non foret per ſe loquendo in conſeſſione explicanda. Eſt ſimiliter contra juſtitiam; uti & raptus, qui eſt violenta abductio feminæ cauſa libidinis explendæ facta. At hæc abductio, etſi injuriola, non tam eſt copula, quam medium & diſpoſitio ad illam cum rapta habendam, quæ ſi poſtea conſentiat, injuria in ipſa abductione crit completa.

QUESTIO III.

De Vitiis Oppofitis Caſtitati.

17. *Quid luxuria.*

LUXURIA, ſicut communiter, & in præſenti ſumitur, eſt vitium Caſtitati oppoſitum per exceſſum, inclinans inordinatè ad delectabilia in re venerea. Auctus autem luxuria eſt ipſe uſus inordinatus venereorum. Quæ quidem inordinatio conſiſtit potiſſimum in admiſſione venereorum extra ſtatum & uſum legitimum illorum. Eſtque peccatum mortale ex genere ſuo, ut patet ex Apoſtolo ad Gal. 5. recenſente luxuriam inter opera carnis à cælo excludentia. Ratio ſumitur ex eo, quòd ſit defectus in re graviffima, propagationem ſcilicet humani generis conſervante.

18. *Eſt peccatum mortale ex genere.*

18. *Et capitale.*

Eſt etiam peccatum capitale juxta *Gregorium 31. Moral. c. 17.* aliàs 31. Ex affectu enim venereorum homo multa alia vitia perpetrat, ac eam occasione illius in alia incidit. Numerantur autem octo filie luxuriæ, ſcilicet Cœcitas mentis, Inconſideratio, Præcipitatio, Inconſtantia, Amor ſui, Odium Dei, Affectus præſentium, Horror & deſperatio futurorum. Præter hæc filias, quæ internæ ſunt, ponit *Iſidorus* quatuor alias externas, Turpiloquia, Scurrilia, Lubrica, & Stultiloquia. Vide *D. Hieronymum in c. 5. ad Ephes.*

19. *Quæ ejuſmodi eſt.*

19. *Quæ ſpecies vulgata luxuria, qua propria.*

Vulgò autem recenſentur inter ſpecies luxuriæ, fornicatio ſimplex, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, ſacrilegium, & vitium contra naturam: quia videlicet in his omnibus quæritur & locum habet delectatio venerea, adeoque in materia & per actum luxuriæ committuntur. Propriè tamen ſola fornicatio, & vitium con-

21. *Qui omni perfecta luxuria fit vel fornicatio, vel peccatum contra naturam.*  
Omni itaque luxuria perfecta ſeu completa, vel ſit cum non ſua ſervato vaſe naturali, ex qua proinde ſequi poteſt generatio (& quidem licitè, ſuppoſito jure conjugii) eſtque generaliter fornicatio, ſive ſimplex, ſive (ſi adſint extrinſecæ circumſtantie) qualificata: vel ſit extra vaſ naturale, & eſt peccatum contra naturam: ad quod ſpectat omnis actus perfectus luxuriæ, ex quo non poteſt ſequi generatio humana. Quæ quomodocumque adus habent in ſe deordinationem ſubſtantialem contra modum à natura præſcriptum, nec per conjugium aut aliam cauſam honeſtari poſſunt; veluti repugnantiæ primario fini & ordini actûs ſeminationis à natura præfixo.

22. *Ejuſmodi eſt.*  
Porro etiam peccatum contra naturam triplex eſt, nempe brutalitas ſeu beſtialitas, mollities ſeu pollutio voluntaria extra concubitum, & ſodomia. Nam humana generatio poſtulat, ut ſit conjunctio duorum, ejuſdem naturæ, diverſi ſexûs, & ut vaſa ſint congrua: in quorum primo deficit mollities, in ſecundo brutalitas, in tertio & quarto ſodomia. Deordinatio autem accidentalitatis, quæ eſt in ſolo modo & ſitu, etiam inter conjugatos, ſecluſo periculo effuſionis ſeminis extra vaſ, communiore

muniori sententiā tantum est venialis.

Reliqua vero esse semper peccata mortalia certissimum est. Et quidem de simplici fornicatione non est aliquatenus ambigendum, ut loquitur Innocentius IV. Epist. ad Episcopum T. Scularium apud Bzovium ad annum 1253. Estque idem de fide ex Clem. Ad nostrum, de Hæreticis. Immo expressum ab Apostolo 1. Cor. 6. ad Gal. 5. & ad Ephes. 5. & aliis Scripturæ locis. Ut merito à Græcis Patribus dixerit Chrysostomus hom. 22. in Epist. 2. ad Corinth. Quoties scortatus es, toties condemneris ipsum. Et à latinis Fulgentius Epist. 1. c. 4. Fornicatio nunquam potest esse sine gravi crimine. Ratio luminatur ex eo, quod repugnet graviter ordini naturæ, quem Deus tamquam naturæ auctor ita instituit, ut nemo in corpus suum potestatem habeat, nisi per vinculum conjugii: ex copula enim cum non sua per se nata est non sequi bona educatio prolis, est per accidens hic & nunc non sequatur in sterili generatio, aut per divites præsertim provideatur rectæ educationi prolis. Rectitudo enim naturalis in similibus actibus consideratur ex his, quæ per se ex illis nata sunt, sequi. Unde ratio planè excerpatur vagos concubitus, meretricium, concubinatum. An autem divinâ dispensatione possint fornicationes fieri licitæ, alibi dictum est.

Porrò concubinatus fornicationi superaddit statum & perseverantiam in peccato; cum sit continuata fornicatio cum non sua, quam veluti uxorem domi tenet; vel si foris habeat, ad quam ex consuetudine solet ingredi. De Pœnis concubinariorum vide quæ statuit Tridentinum sess. 24. c. 8. de Reform. quod etiam clericis sess. 25. c. 14. de reform. suspensionem comminatur.

Nunc quod peccata contra naturam sunt mortalia, non solum patet ex dictis de luxuria in communi, & de fornicatione (quæ sunt longe graviora, veluti repugnantia non solum educationi, sed ipsi generationi prolis) in speciali: sed etiam de mollitie idem exprimitur 1. ad Cor. 6. Ubi etiam additur sodomia per vocabulum masculinorum concubitores. Idem nefandum peccatum graviter culpatur ad Rom. 1. Et generaliter omnis immunditia exprimitur ad Galat. 5. & ad Ephes. 5. sub qua in primis continetur mollities, & alia peccata contra naturam; quæ alioquin saltem comprehensa censeri debent sub clausula Apostoli ad Gal. 5. Et his similia. Ratio est: quia auctor naturæ sexum & vas legitimū instituit ad generationem, quæ institutio cum suo fine evertitur per peccata contra naturam; quæ proinde ratione actus sunt contra primarium finem & ordinem, quem natura ipsa postulat in actu seminationis. Confirmatur: quia mentiri est contra naturam, quia est contra finem, ad quem

locutio est instituta; idem igitur est in præmissa prodigalitas seminis. Unde Oenam filius Juda, qui introiens ad uxorem fratris sui sine liberis defuncti, semen fundebat in terram (quamquam ratione matrimonii ipsum adhuc gravius sit), percussus est à Domino; eò quod cum detestabilem faceret, Gen. 38. Alias etiam terribiles hujus peccati pollutionis pœnas vide apud Thomam Cantuarum l. 2. Apum. c. 30. Peccatum quoque sodomiticum adeo detestabile est, ut propterea funditus deleta fuerit regio Pentapolis.

Inter peccata autem contra naturam gravior est bestialitas seu coitus cum bestia (indifferens autem, cum qua, quantum ad speciem moralem) quam sodomia; & hæc ratione inordinatissimi concubitus gravior longe simplici pollutione, quæ scilicet est voluntaria effusio seminis extra concubitum. Quare etiam adeo horrendæ pœnæ intentantur in republica bene ordinata duobus prioribus peccatis, non autem postremo. Unde pariter ingenio, opinione aliter sentientium non prævento, mox apparet diversa moralis malitia in tribus his peccatorum generibus, adeo ut in confessione ne sit diversitas ista communi Doctorum sententiâ contra Paucos explicanda. Quod ipsum existimo communi fidelium apprehensione posse firmari. Concubitus cum dæmone in varias formas se transfigurante (qui solet reduci ad bestialitatem) specialem insuper malitiam habet ratione communicationis cum dæmone; estque ceteris gravius peccatum. Quando verò pœnæ intentantur sodomiz, eaque simpliciter reservatur, existimant Doctores passim esse sermonem de coitu consummato duorum ejusdem sexûs in vale præpostero. Quamvis alioquin possit à viro femina sodomiticè cognosci; uti & inter feminas copula in vale ordinario improprie sodomitica attentari.

Ex dictis sequitur, quod sicut nullâ causâ, etiam sanitatis aut vitæ conservandæ liceat mentiri, fornicari &c. sic nec voluntariè pollutionem procurare, utpote generaliter à Deo prohibitam & naturæ repugnantem juxta præmissa. Quibus accedit inordinata & mentem absorbens libido, quam non ordinat, nisi legitimus usus conjugii, adeoque generaliter inficit tam fornicationem, quam alias effusiones seminis. Ad sanitatem autem tuendam convenit magis sobrietas, aliaque remedia, quibus naturæ superfluum non detur, vel certè tollatur. Unde gravissimè peccant Medici qui talem actum consulunt ob sanitatem. Similiter ad tentationem superandum sunt adhibendæ preces, vigiliæ, jejunia, exemplo Sanctorum. Alioquin tentationi ceditur turpiter; quæ per sancta remedia gloriose superatur.

Constat nihilominus non esse culpabilem,

26. Bestialitas gravior Sodomiz & hac mollities.

Sunt species moralis diversitas.

Peccatum cum dæmone quædam.

Pœna Sodomiz, de qua intelligenda.

27. Nulla causa delicti est voluntaria pollutio.

28.

23. Simplex fornicatio est peccatum mortale juxta si dem.

Ratio illius malitiae unde sumatur.

24. Concubinatus quid superaddat simplici fornicationi. De pœnis illius remissivè.

25. Peccata contra naturam esse mortalia ex Scriptura & ratione ostenditur.

26. Bestialitas gravior Sodomiz & hac mollities.

27. Nulla causa delicti est voluntaria pollutio.

*Involuntaria non est peccatum. An de ea gaudere liceat.*

lem, si non procurata, nobis in somnis aut vigilia omnino citra nostrum consensum eveniat. De ea tamen gaudere ob delectationem inde resultantem sine gravi peccatione non possumus; etsi de bono effectu inde secuto; v. g. sedata tentatione, corporis sanitate gaudeat, non sit malum. Immo juxta *Vasquez, Sanchez, Lessium, Layman* & alios est licitum ob illos effectus de ipsa pollutione naturaliter obveniente gaudere, seu de illa quatenus causa talium effectuum; quod hoc potius sit velle effectum, quam causam. Hoc tamen difficultatem habet, & à Vapris non sine gravi fundamento negatur. De quo quidquid sit, saltem dedecet hujusmodi affectus mentem causam.

29. *Qui debent esse voluntaria in se vel in causa.*

Pollutio itaque ut sit graviter peccaminosa debet esse plane voluntaria, atque vel directe volita & procurata, vel saltem volita & praevisa in sua causa, quam hoc nomine possumus & tenemur graviter evitare: prout sunt illae causae, quae in genere luxuriae sunt malae, graviterque influunt in effectum hujusmodi; puta morosa delectatio, turpes imaginationes & aspectus, vel tactus, oscula impudica. Quod si sit causa rationabilis aut necessaria, non tenemur illam, seclulo periculo consensum in ipsam delectationem, ex communi Doctorum sententia vitare, non obstante hujusmodi effectu, qui censetur per accidens sequi ex necessitate naturae, vel infirmitate ejusdem, hominisque intemperie. Quare non tenemur idcirco abstinere à cibo & potu moderato, ab equitatione convenienti, ab accubatione honesta in lecto commodo (quamquam abstinere sanctum foret) à studio necessario vel utili rerum turpium, ab auditione earundem in confessione (id qua valde delicatè similia tractanda & inquirenda sunt) à tactibus & aspectibus, necessariis. Non est quoque pollutio mortalis, si causa sit quidem culpabilis, non tamen graviter in genere luxuriae, ex qua censetur per accidens contra voluntatem subsequi, v. g. in somno ex immoderantia cibi aut potus, vel ex cibo aut potu calidiori. Quod *Angelus V. Pollutio* (& consentiunt *Silvester, Sanchez* & alii) etiam extendit ad ortam in vigilia ex peccato veniali, puta cogitatione non morosa. Quando autem oritur in somno ex illusionem dæmonis, praevenienda est, mediante praesertim oratione, qua rogat Ecclesia hostem comprimere ne polluantur corpora.

30. *Ad luxuriam incipiam speciat incontinentia & impudicitia.*

*Quale peccatum sit*

Species luxuriae perfectae & completae accedunt aliae incompletae seu inchoatae; nimirum incontinentia, quae est consensus in motus carnales seu venereos, quos virtus continentiae frænata, estque peccatum ex genere mortale, etsi possit esse veniale ob imperfectionem actus seu consensum, & juxta plurimos (Varii contradicunt) etiam ob levitatem materiae seu ipsorum

motuum. A quibus omnino oportet voluntatem esse remotissimam ob periculum ex parte naturae corruptae & materia adeo alleativa. Praeter incontinentiam restant aliae impudicitiae consistentes in oculis, aspectibus, tactibus &c. De quibus nonnulla restant dicenda. Pro meliori autem dicendorum intellectu.

Nota osculum triplici potissimum sine adhiberi. Primum in signum amicitiae. Secundò causà delectationis concubitus, ad quem tendit. Tertio causà delectationis ipsius osculi, praesertim secundum se considerati. Idem dicendum de tactu aliqujus partis honestae, uti manus aut vultus. Similiter aspectus fieri potest ob causam honestam, quatenus v. g. est necessarius ad humanam conversationem, ad honestam urbanitatem, ad notitiam personae consequendam, ad honorem & castè illam amandam &c. Secundò causà voluptatis concubitus. Tertio causà delectationis, quae oritur ex intuitu personae, absque omni alteriori inhonesto motu vel desiderio. Denique tactus partis verecundae potest fieri, vel ob aliquam necessitatem, vel ob voluptatem concubitus, vel ob voluptatem quae ex ipso tactu per se spectato nascitur. His notatis

Satis in primis constat oscula, quae sunt causà amicitiae secundum consuetudinem patriae, esse per se licita, uti & delectationem inde consequentem: Sic enim tenent Doctores communiter. Et satis patet ex Scripturis, atque ex ipso usu generis humani numquam improbatum. Idem est dicendum de tactibus, aspectibus &c. quando fiunt ex necessitate, aut ob causam honestam, seclulo periculo morali contenti in delectationem veneream. Quare Doctores consequenter id censent, etsi motus aliquis in parte sensitiva contra voluntatem illum patientis exurgat.

Similiter satis constat oscula, tactus, aspectus, quando fiunt causà delectationis concubitus, extra matrimonium, esse peccata mortifera, & pertinere ad speciem illiciti actus, ad cujus delectationem referuntur. Nam talis habet affectum & consensum in delectationem veneream copulae. Unde verificatur hic illud Christi apud *Matth. c. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam moechatus est eam in corde suo.* Quod verum est, siue adsit voluntas copulae, ad quam hi actus velut dispositiones praeviae assumuntur, siue illa absit, & solum sit delectatio de copula imaginata, ad quam personae velut amabilis & idocæa mente spectatur.

Uterius amplexus & oscula, aliique tactus honesti v. g. manus, aut per manum faciei, si fiant ex curiositate, joco aut simili levitate vel motivo, seclulo scandalo & periculo consensum in veneream delectationem, non sunt peccatum grave, cum

incontinentia.

Impudicitia in quo consistat.

31. *Oscula, aspectus, tactus triplici de causa fieri possunt.*

32. *Quamvis sint licita.*

33. *Si fiant causà delectationis concubitus sunt peccatum mortale.*

34. *Quid censentur de osculo & tactibus in partem veneream spectantibus.*

cum non appareat gravis in his ordinatio, juxta Sanchez, Bonacina, Sylvium & alios passim obvios. Quod Navarrus c. 14. n. 42. ad joculosum contactum mammillarum personae honestae, inclusam omni prava intentione, extendit. Constat tamen in his esse non modicum periculum, ideoque tamquam inordinata studiosè caventur ab animabus castis; in quibus utique minus foret periculum: quod amplius est in aliis, in quibus verendum, ne, in amplexibus praesertim & mammillarum contactibus, mentiatur libidinis iniquitas sibi.

35. Oculi causa delationis inde consurgens fieri possunt dupliciter,

Oscula, quae fiunt causa voluptatis sensibilis praecise ex mutuo contactu corporum nascentis, absque periculo proprio vel alieni ulterioris mali, damnantur à multis simpliciter tamquam libidinosae & mortalia. Sed rectius adhuc distinguunt alii, signanter Sylvius q. 154. art. 4. Concl. 4. ipsas delectationes; unam, quae oritur ex proportione cum organo tactus, quatenus scilicet est res lenis, mollis &c. alteram, quae non solum sensualis, sed etiam venerea est, & commotionem spirituum generationi deservientium adjunctam habet. Priori modo oscula (idem est de amplexibus) non sunt libidinosae, adeoque nec mortalia; unde & in his quae causa honestae amicitiae fiunt, hujusmodi delectatio potest sentiri & approbari. Et de his loquitur Wiggers Tract. de Temperantia c. 3. dub. 12. n. 66. etsi non rectè pro ratione alleget parvitatem materiae, quae dari potest in materia luxuriae: talis enim delectatio non est luxuriosa. Aliàs namque contra id, quod ibidem fatetur, non posset in oculis amicitiae quis in illam, veluti luxuriosam, conferre. Sic solent matres, nutrices, ancillae cum magna suavitate & affectu osculari infantium molles carnes, etiam citra peccatum.

36. Secus est de posterioribus.

Oscula posterioris generis sunt libidinosae, & ex communi sententia mortalia. Quae maxime locum habet in oculis & amplexibus morosis ac fixis, utpote valde naturam excitantibus; ut alios scilicet modos taceam. Difficiliter tamen speculative loquendo ostenditur gravis malitia in osculo obiter seu transeunter factò, ex quo non quaeratur, aut oriri nata sit delectatio venerea, nisi admodum levis; supposita (quam Doctores gravissimi tradunt) materiae levitate in genere luxuriae. De quo videri potest Arriaga d. 58. sect. 5.

37. Quid censendum de aspectibus praesertim inhonestis.

Ad aspectum & colloquia cum personis alterius sexus, quod attinet, non sunt grave peccatum, quando fiunt propter solam delectationem, quae oritur ex intuitu pulchrae personae, vel ex gestibus aut grato alloquio, neque ulla venerea voluptas intenditur aut sese immiscet: haec enim delectatio videtur magis spiritualis, & à carnalibus abstracta, quam quae ex oculis aut contactibus etiam partim honestae capi-

tur. Quamvis diligenter ab ejusmodi abstinendum sit: quia fragilitas humana magna est, actusque isti periculosi sunt, ac multos ad culpam mortalem ducunt. Aspectus autem partium inhonestarum personae alterius sexus censetur juxta Doctores impudicus, & regulariter mortalis, etsi praetendatur fieri non propter delectationem libidinosam, sed ex curiositate, aut praetextu stultae ac diabolicae mortificationis. Estque contra honestatem naturalem, ac urgentissimus stimulus ad libidinem, maximeque periculosus. Ceterum in praedicto turpi aspectu causa curiositatis factò, Quidam hanc limitationem apponunt, nisi tam breviter fieret, ut non esset occasio magnae commotionis in corpore, vel nisi ratione aetatis planè puerilis aut senilis, aut frigidissimae complexionis abesset in aspiciente omne periculum carnalis, sive commotionis, sive delectationis. His enim positis, aspectum, tamen ex se turpem, non esse mortalem probabiliter tradunt Sanchez, & Bonacina, ut inquit Sylvius q. 154. art. 4. conclus. 8. addens aspectus illos inter personas ejusdem sexus absente omni carnalitate ejusque periculo esse veniales, uti contingit interdum inter natantes: eò quod hujusmodi aspectus non videantur tam inhonesti aut ad libidinem provocantes. Quod magis apparet in aspectu propriae carnis ex levitate aut curiositate factò.

Ad Turpiloquium quod spectat, ipsum, uti & cognitio rerum turpium, est per se indifferens: immo si fiat ad investigandam veritatem pro confessionibus vel concionibus, erit res bona. Idem est de scriptura, pictione, & auditione earum.

38. An de peccatum sit Turpiloquium.

Colloquia verò lasciva facta ex levitate, sine ullo alio malo, sive periculo vel scandalo, non excedunt malitiam venialem: quamquam saepe sunt mortalia, dum astantibus datur occasio delectationis morosae, vel consensu in turpia. Si autem locutio fiat de rebus turpibus animo sese oblectandi rebus ipsis narratis & objectis, tamquam praesentibus imaginationi, erit peccatum mortale vel veniale, prout ipsa objecta narrata sunt mortalia vel venialia. Ratio est: quia tunc habetur delectatio morosa, quae est mortalis vel venialis juxta objectum, quo quis delectatur. Idem dicitur, si locutio fiat animo se vel alios excitandi ad turpia, etsi desit animus perficiendi. Ita Sanchez lib. 9. de Matrim. d. 46. num. 39. & alii. Hinc est, quod inter conjuges ejusmodi verba liceant, quia ipsi actus illis licent. Si denique locutio fiat de rebus turpibus ob voluptatem, quae praecise oritur ex narratione talium rerum absque ulteriori intentione mala, erit venialis juxta Lessium l. 4. c. 3. n. 63. Sanchez & alios. Ratio est: quia sicut delectatio quae percipitur de cognitione rerum turpium non est per se mortalis, ita nec

nec delectatio, quæ percipitur ex talium narratione.

39. Quid confendum de tactibus in honestis.

Quod de aspectu pudendorum disparis sexus dictum est, æque aut à fortiori juxta Doctores censendum est, practicè præsertim, de tactu eorundem, utpote ex se inhonesto, qui nepe fit sine rationabili causa, etsi non ex affectu libidinis. Quamvis videatur variè Doctores dari posse ad eò levis & subitaneus, ut abente, nec intentà venereâ delectatione, jocus seu curiositas non sit mortalis. Quod in tactu remoto seu mediato facilius videtur posse admitti. Inter personas autem ejuldem sexus, citra periculosa carnalis delectationis verosimile putat Sanchez lib. 9. de Matrim. d. 46. esse solum veniales prædictos tactus ex joco vel levitate factos. Quod etsi in iis, qui valde leviter & obiter fiunt, posset admitti, non tamen juxta Sylvium q. 154. art. 4. concl. 3. in fine, si levitas & jocus sit omnino deliberatus, ob nimiam turpitudinem & periculum. Saltem nemo non libidinosas tales fœditates admittit; & vix aut numquam sine libidine quæsitâ vel admisâ. Inter impuberes veneris expertes facile similes levitates contingunt sine culpa gravi. Etiam posset tactus, uti aspectus, inhonestus fieri ad eò ex improviso, ut sit nullum peccatum defectu voluntatis. Si quis denique se ipsum tangat in parte verenda, non quidem causâ delectationis venereæ, sed ex levitate aut curiositate, absente alio periculo (quod frequenter abest) censetur non esse gravis culpa.

40. An constans hunc teneantur virgines causa mœdendi admittere.

Denique advertit Lessius l. 4. c. 3. dub. 8. n. 60. ex Navarro, quod etsi juxta præmissa, aspectus & tactus causâ mœdendi in partibus secretioribus adhibitus liceat, tam in aspiciente & tangente, quam in aspectum & tactum admittente; nihilominus mulieres, præsertim virgines, non teneantur hunc mediandi modum à viris admittere: eò quod nemineatur tale genus curationis admittere, à quo magis abhorret, quam ab iplo morbo, aut etiâ morte; prout multæ pudicæ virgines malunt mortem aut mortem, quam à viris contingi. Deinde (addit Lessius) nemo tenetur admittere id, cui cõjunctum est periculum turpis motus, aut delectationis carnalis, immo ad heroicum castitatis gradum pertinet malle mori, quam permittere in se turpes imagines, aut se ipsum ullum libidinis. Ita ille.

QUÆSTIO IV.

De Abstinentia, Sobrietate, Vitiusque Oppofitis.

41. Quid abstinentia.

ABSTINENTIA (quæ interdum significat excellentiorem quemdam gradum temperantiæ in esculentis) hîc su-

mitur per eâ temperantiæ specie, quæ moderatur cupiditates & delectationes esculentorum. Moderatio verò debita tunc servatur, quando esculenta sumuntur, prout valetudini, & præcipuè officiis mentis congruit. Et quidem singularis abstinentia ob fines altiores interdum est laudabilis exemplo Sanctorum, etsi valetudo & corporis robor interdum minuatur: in quo tamen discretio est necessaria.

Quæ eius regula.

Sobrietas (quæ aliquando laxissime sumitur: aliquando pro virtute temperantiæ in communi, ut Sap. 8. & ad Tit. 2.) hîc accipitur pro eâ temperantiæ specie, quæ moderatur cupiditates & delectationes poculentorum seu potus inebriare valentis. In qua quidem materia laudabile est servare mensuram, idemque speciale difficultatem habet ob passionem in hac materia vehementiorem. Quare excessus in potu non valente inebriare, v. g. aquâ saccaratâ, opponitur abstinentiæ, non sobrietati, ut opponunt Doctores; eò quod hujusmodi potus afficiat appetitum, sicut esculenta strictè dicta. Estque virtus sobrietatis multum commendabilis, præsertim Rectoribus & Judicibus, ac viris Ecclesiasticis, quorum functiones vigilem semper rationem, mentemque serenam exigunt. Quod pluribus stabilire, supervacaneum foret.

42. Quid sobrietas.

Quis maxime commendanda.

Omissis autem vitiiis per defectum oppositis (quæ rarissima sunt, & nomine stuporis seu insensibilitatis quasi. i. tractatæ comprehendi possunt) agendum restat de oppositis per excessum. Unum porò oppositum abstinentiæ consistit in eo, quod per ipsum excedatur in appetitione & usu esculentorum, & solet specialiter appellari gula: alterum, Sobrietati oppositum, consistit in eo, quod per illud excedatur in appetitione & usu potus inebriativi; & continetur etiam generali nomine gulæ, prout ipsa solet numerari inter vitia capitalia: specialiter autem vocatur ebrietas, tunc maximè & ordinariè, quando ex inordinata potus appetitione proceditur usque ad violentam privationem usus rationis.

43. Quis vitii huius Oppofiti.

Est itaque vitium gulæ, præsertim generatim sumptum, juxta Gregorium 31. Moral. c. 17. aliàs 31. capitale peccatum. Cujus hæc numerantur ibidem filia: Mentis hebetudo, Incepta læticia, Scurrilitas, Multiloquium seu garrulitas; & Immunditum corporis quoad vomitus & facta excrementa, tum insuper mentis, quam saturnitas generat. Nam etiam (quæ sacre Litteræ docent, & Patres passim inculcant) vitia carnis ex nimio ventris cultu nascuntur; ad eò ut præ dispositione membrorum corporis, ventris scilicet & verendorum, sit similis ordo vitiorum, ut insinuat Gregorius supra. Unde gravi frequenter periculo ex sensu Patrum, ad stipulante experientiâ, exponitur

44. Gula vitium capitale vitii præsertim luxuriam, gignit.

Qua praetera incommoda.

Ponitur castitas hominum hujusmodi vitio deditorum. Accedunt praetera incommoda gravia, quod nimirum plerumque ex immoderantia valetudo tollatur, vita abbrevietur, ut juxta Vulgatum, plures occidat gula quam gladius, impotentia solvendi creditoribus &c.

45. Commoda Abstinentiae & Sobrietatis quae.

E contra verò ex abstinentia & sobrietate nascuntur bona opposita. Abstinentia enim sive parsimonia cibi & potus, non solum rei familiari & valetudini conservandae, vitae prolongandae, justitiaeque servandae plurimum opportuna est, sed etiam carnis rebellionem frenat, eamque spiritui subiectam reddit: neque sensus solum, sed etiam mentem letent, eamque ad quilibet functiones, divinarumque rerum contemplationem, cõsumptis vaporibus caput replentibus, aptiorem reddit; indeque animam ad divinas illustrationes atque sancti Spiritus charismata capienda praeparat. Et specialiter, praesertim abstinentia (ut alia commoda praetercaem) valet ad satisfaciendum pro peccatis, atque Dei misericordiam impetrandam, nec non merendum apud ipsum. Quod Patres, agendo in particulari de jejuniis, pluribus confirmant.

46. Quibus modis contra Abstinentiam & Sobrietatem peccatur.

Committitur autrumque peccatum maxime per excessum in quantitate. Quamvis etiam in qualitate contra abstinentiam & sobrietatem juxta doctrinam Gregorii 30. Moral. c. 13, alius 27. communiter receptam à Theologis possit peccari, sic ut univrsim contra illas virtutes peccetur quintuplici modo, sequenti versu expresso:

Præproperè, Lantè, Nims, Ardèter, Studioisè.

Indecentia tamen in acceleratione temporis, multiplicatione refectiõni, festinatione &c. p̄gress ex causa honesta interdum tolli.

47. Manducatio carnis humanae cur illicita.

De manducatione carnis humanae constat quod omnes, ipsam, instar actus ferini magis, quam gulæ, esse graviter illicitam extra necessitatem, etiam loquendo de carne hominis jam interfecti (occidi nunquã posse hominem, ut inde alimentum sumas, certissimum est) nam illa non est concessa homini in alimentum, ut omnibus ingenera ratio dicitur. Quod quod homines non barbari ex sua natura ab ea comestione tantopere abhorrent. Quamvis velut licita admittatur praxis Medicorum, quã caro hominis unguentis condita instar medicamenti (quod Momiam Medici vocant) adhibetur velut efficax ad sanationem quorundam morborum; eò quod tali usu humana caro sic alteretur & praeparatur, ut censetur non sumi instar alimenti, sed medicinae, à qua quidem natura non ita abhorret.

Qualiter licet ejus usu ad Medicinam.

48. An in extrema necessitate fas sit comedere carnem humanam.

An verò in casu, & ratione extremae necessitatis, quo aliàs tamen pereundum est, permittum foret manducare carnem humanam hominis alia occasione mortui vel interfecti, necessitate abstergente inordinationem (prout & licita tunc est occisio invaloris, ac mutilatio proprii membri, ad

Heriæ Sum. Theol. Pars 111.

conservandam vitam) variant Doctores. Affirmat Abulenſis, Navarrus, Saas, Toletus, Lessius & alii passim, contra Azorsum, Victoriam, Valentiam & alios; quamvis nemo sit obligatus vitam adeò extraordinario medio conservare; uti probat Lessius l. 4. c. 3. dub. 2. Num. 12. à fortiori ex eo, quod vitam quis non teneatur conservare comedendo mures, canes & similia animalia immunda, aut quaerendo medicamenta extraordinaria, vel fugiendo terram minus salubrem.

Difficultas restat, an vel quando peccatum gulæ & ebrietatis sit mortale. Estque communis sententia Doctorum cum D. Thoma q. 148. art. 2. peccatum gulæ solum esse veniale ex genere suo. Unde Doctores passim inferunt, non fore mortale, etsi quis comedat ad saturitatem; immo etsi intendat aut praevideat vomitum in natura sana (quod addo: nam de natura debili seu infirmã non est quaestio) vel (quod Nonnulli addunt) etsi vomat, ut iterum comedat, & delectationibus cibi fruendo ventrem iteratis vicibus repleat. Idemque censent de excessu in potu, secludendo læsionem usus rationis. Loquuntur autem per se, & secluso incommodo extrinseco, quale frequentissime subest; puta incurſio diversorum morborum, seu notabilis læsio valetudinis, & abbreviatio vitæ, indigentia gravis uxoris & prolium, destructioque familiae, contractio debitorum insolubilium, aut impotentia non solvendi jam contracta, periculum morale incidendi in peccatum carnis, aliudve salutis periculum.

49. Gula ex communi sententia est veniale peccatum ex genere suo.

Quod tamen de gula communiter docetur, non modicã difficultatem habet: quia Apostolus ad Gal. 5. uti ebrietates, sic & comestiones (quæ proprie loquendo sunt vitium gulæ) enumerat inter opera carnis, quæ sunt mortalia. Quamvis plures Apostolum explicent, quasi per comestiones intelligat temulentiam & lasciva ebriorum dicta & facta, conformiter ad vocem græcã; vel inhonesta & luxuriosa convivia, quæ scilicet ita aguntur, ut neminam pudeat inhonestè aliquid dicere vel facere (sed contra facit, quod impudicitias Apostolus supra, & ad Rom. 13. à comestationibus distinguat) aut certe, quod agat de conviviis, à quibus non recedunt convivia, nisi postquam corpus & mentem plenè obruerint cibo & potu, ut comestiones sint quasi perfectio ebrietatis, uti homicidia sunt cõplementum iræ; ut videre est apud A Lapide in d. locum ad Gal. Deinde etiam intra limites ipsius gulæ apparet posse graviter transgredi præscriptum rationis contra ipsam temperantiam, quando nimirum censeripotest mōstrōsa & bestialis ingluvies, qualis multis apparet, dum advertenter quis se ita ingurgitat, sibi, ut natura valens necessitetur ad vomitum, vel certè dum quis post ingurgitationem vomit, ut rursum se ingurgitet. Quod certè valde turpe & bestiale apparet, ut ait A Lapide supra.

50. Valde credibile est, gulam posse fieri mortalem in genere suo.

51.  
Perfecta  
ebrietas est  
peccatum  
mortale.  
Probat  
ratione.

Idem docet  
Scriptura.

52.  
Augustini  
dictum ex-  
ponitur.

Quando  
ebrietas  
conferatur  
obnoxiantia.

53.

An licitum  
sit se in-  
ebriare me-  
tu mortis  
ab alio in-  
ferenda.

54.  
An saltem  
sit licitum  
ex prescrip-  
to medici.

Quod verò attinet ad ebrietatem, ex communi saltem sententia omnium Docto- rum, immo & sancti Fidelium, ac Patrum, voluntaria & perfecta ebrietas est pecca- tum mortale: gravis enim inordinatio est in hoc, quòd quis sciens & volens ita se ingurgitet potu, ut non tantum usu ratio- nis (quo etiam connaturaliter quis privatur per somnum) sed insuper potestate propinqua utendi ratione, etiam in vigilia, violenter se privet. Idem patet ex Aposto- lo ad Galat. 5. ubi ponitur inter opera car- nis excludentia à regno Dei. Quod intel- ligitur ab omnibus etiam de unico ebrieta- tis actu; uti intelligatur cetera opera car- nis excludere à cælo, etiam singula & se- mel commissa. Quare dum Apostolus 1. ad Cor. 6. utitur voce *Ebriosus*, etiam significat eum, qui semel se inebriat, uti per furem, qui semel furatur. Et vox Græcæ non solum ebriosum quasi habitualem, sed etiam ebrium significat.

Quod verò Augustinus Serm. 41. de San- ctis inter peccata letifera ponat ebrietatem, si sit assidua; id facit, non quasi putet aliud non fore grave peccatum, si sit perfecte voluntaria; sed ut ostendat, se loqui de ea, quæ est perfecte voluntaria; prout ple- rumque non est in iis, qui raro inebrian- tur, quia ignorant vim potus, aut ebrieta- tem non prævident. Est autem voluntaria, quando vel directe intenditur; vel bibitur pro posse, non curando, utrum ebrietas se- quatur, vel non sequatur; aut quando ad- vertitur inebriationis periculum, si perga- tur in bibendo, & tamen non cessatur.

Alioquin Augustinus est vehemens in- sectator ebrietatis, tamquam gravis pecca- ti, ut patet Serm. 231. & 232. de Tempore. Immo posteriori loco videtur satis aperte docere graviter illicitam fore inebriatio- nem, etsi ea fieret metu mortis, quam tyran- nus alioquin minatur. Quod etiam docet inter alios Caietanus, Azorinus, Wiggers Tr. de Temperantia c. 2. dub. 7. contra Lessium c. 3. dub. 4. n. 376 & quosdam alios explicantes Augustinum de comminatione mortis in contemptum sobrietatis; sed non rectè, ut ex contextu perdat Wiggers supra. Ra- tio est: quia comminatio mortis non tollit inordinationem per se homine indignam, quæ est in ebrietate; sicut nec illam, quæ est in fornicatione.

An verò ex præscripto medici causâ sa- nitalis licitus sit abundantior potus usque ad privationem usus rationis, si non sup- petat aliud sanationis remedium, dubita- tur. Dato autem casu (cujus possibilitatem examinent medici; & saltem non apparet privationem usus rationis per se necessa- riam esse posse ad sanationem) adhuc illi- citum id fore censent Angelus, Taberna, Rosella V. Ebrietas. Plures tamen cum Syl- vestro, Caietano, Navarro, non improbabili- ter oppositum censent; eò quòd homini sic

constituito seu complexionato talis sumptio potus non censetur superflua, sed mode- rata, etiam attento proprio & proximo fine ipsius sumptionis. Secus est, in casu commi- nationis mortis. Confirmari idem potest ex eo, quòd ob similem rationem non peccet peccato gulæ, qui iudicio medicorum varia edulia copiose ingerit ad vomitionem mo- vendam; quia videlicet neque ob delecta- tionem, sed sanitatem, id agitur, neque mo- dus rationis respectu talis subjecti exce- ditur.

Signa ebrietatis solent assignari, quòd quæ postredie non meminerit præterito- rum, v. g. quomodo domum venerit aut se quieti dederit; quòd aliqui fecerit, quæ mentis integræ non solet facere, v. g. turpia profrendo vel agendo, familiam turbando, cum aliis sit castus & pacificus. Non sufficit tamen gressus titubatio, linguæ bal- buries, capitis vertigo, visus offuscatio, levis rationis perturbatio: quæ solum sunt signa crapulæ venialis.

Existimo nihilominus non requiri tota- lem privationem usus rationis; sed sufficere gravem valde illius perturbationem, sic ut homo rationabiliter se ipsum in communibus seu necessariis dirigere nequeat; ut cum aliis rectè Marchant To. 2. Tr. 7. Tit. 2. q. 2. rudi- culum & viris doctis indignum esse exem- plum asserens, quod Nonnulli affirmant, eum, qui crapulâ & vino velut sepultus ja- ceter in platea; si signum possit dare, ut cur- rus divertat, vel se submovere, ne super se transeat, ebrium non esse, quasi verò id etiam brutum naturali instinctu facere nõ possit. Addo insuper cum eodem Mar- chant supra esse mortalem excessum, quan- do temperantia enormiter læditur, servato usu rationis; prout enormiter læditur per bestiales illas & monstruosas hellaonura quorundam potitationes, quæ stylo Scrip- turæ vinolentia, immo & ebrietates dicuntur. Videntur enim hujusmodi excelsus uti valde bestiales, sic graviter adverfari rationi. Ideoque Isaia 5. dicitur: *Væ* (quod juxta regulam ab omnibus receptam non dicitur, nisi est grave peccatum) *qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* Quod specialiter de illis dicitur, qui à potu non tanguntur, sed mente integrâ possant & ingurgitant se, etiam miscendo potus diversos inebriati- vos; ut rectè notat Sabouth in d. locum. Consonat etiam illud, quod ibidem paulò superius dicitur: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, et vino astuetis.* Item illud Prov. 23. *Cui vae... Nonne his, qui commorantur in vino, & student caucibus epotandis.* Præ- dictis consonant ea, quæ scribit Estius in illud 1. Cor. 5. *Ave ebriosus.* Hæc autem sub- jectio lubenter iudicio aliorum, fortè me- lius, dum tamen sobriè, sapientium: no- lens Eriticorum more receptas insignium Docto-

55.  
Quæ signa  
ebrietatis.

56.  
An vel aut  
de in mor-  
tali pota-  
tio vitium  
aspiratio.



Doctorem ſententias Aylo cenſorio nota-  
re, quas non notat S. Mater Eccleſia.

57. Qui ſi il-  
licium, pro-  
vocare ad  
aqualet  
hantus.  
Ex dictis colligi poteſt, eſſe inordina-  
tum provocare invicem ad aquales hau-  
ſtus. Quod proinde reprobat *Auguſtinus*  
*Serm. 231. de Temp.* eos ebriis, etiam quoad  
culpam, æquiparans, qui *uſque ad vomitum*  
*ingurgitare ſe non erubescunt, & ad menſu-  
ras ſine menſura bibere. Majora enim (ſub-  
dit) pocula providentur, certi à bibendi lege con-  
tenduntur: qui poterit vincere, laudem meretur*  
*ex crimine.* Ratio eſt: quia in tali modo bi-  
bendi ratio vel neceſſitas non ſtatuitur re-  
gula bibendi, ſed venter alterius, vel tota  
viſcerum & venarum capacitas: Unde utres  
vel lagenæ tales potiùs dicendi ſunt.  
Secluſa tamen intentione aut periculo per-  
fectæ ſeu gravis inebriationis, propriæ  
aut alienæ, non erit peccatum mortale  
juxta receptam Doctorem ſententiam.  
*Auguſtinus* quoque loquens de certami-  
ne potantium veluti gravi crimine, ſupponit  
conſequi ebrietatem. Ejuſmodi autem  
certamina graphicè delineavit & reſutavit  
*Ambroſius lib. de Elia & Jeſuio c. 13.* Vi-  
de etiam pulcherrimè de his diſcretem  
*Baſilium Hom. 14. In ebrietatem.*

58. An liceat  
inebriare  
alterum, ut  
ſe impedia-  
tur à gra-  
viori malo.  
An licitum ſit cauponibus propinare po-  
tum ſe inebriaturis, debet judicari ex regu-  
lis charitatis traditis in materia de Scanda-  
lo. An licitum ſit inebriare alterum, ut hæc  
ratione à majori peccato impediatur, dubi-  
tatur à Nonnullis. Affirmat *Leſſius cap. 3. dub. 4. num. 33.* Sed meritò negat *Bonacina,*  
*Layman, Wiggers, Caſtro Palao* & alii paſſim:  
quia non ſunt appetenda aut procu-  
randa mala, etiam minora, eſſi permitti  
poſſint, ut eventiant bona. Aliud eſt, ſi cui  
conſuleretur præcisè diminutio mali jam  
concepti, ne integrè committatur. An au-  
tem mala in ebrietate commiſſa ſint pec-  
cata, vide *Part. 2. Tract. de Peccat. in com-  
muni diſp. 5. queſt. 10.*

59. Cur Ebrietas  
varius  
in locis mi-  
noru fiat.  
Si denique quærat, cur à plurimis qua-  
rundam regionum peccatum ebrietatis mi-  
noris fiat? Reſp. partim ob affectu nimium  
eiga comestationes & potationes: partim  
ob frequentiam abuſum: partim quia ap-  
prehendunt amicitiam gulæ ſymbolis eſſe  
fovendam: partim quia ii, qui maxime ex-  
emplo ſuo deberent alios detertere, fre-  
quenter ventri & potitationibus nimium  
dediti ſunt.

60. Opinio Au-  
thoritæ Neo-  
ſtrici de  
peccato Quo-  
la referitur.  
Pro ſine paucis notanda venit nova E-  
thica *P. Franciſci Bona Spei* in ſuo recens  
edito *Tr. 1. de Jure & Juſt. d. 1.* ubi cum *num.*  
*98.* aſſeruiſſet gulam ſeu exceſſum in cibo  
eſſe peccatum mortale, allegans inter alia  
illud *1. Cor. 3.* aliàs *6.* *Neque ebrii regnum*  
*Dei poſſidebunt* (ubi tamen de ſola ebrietate  
eſt ſermo) reſtringit hoc ad caſum, quo  
quis ob gulam paratus eſt tranſgredi ali-  
quam legem graviter obligantem, aut ſibi  
vel alteri grave nocumentum (interſerit  
velut tale, privationem uſus rationis, eſt)  
*Hervæ Sum. Theol. Pars III.*

meo & cõmuni iudicio ex gula non nata  
oriri) adferre; adeoque peccatum reduci ad  
diverſa decalogi præcepta: at ſi hæc tollas,  
non ſatis apperere; quòd multum vel pa-  
rum comedere vel bibere ſit majus pecca-  
tum, quàm multũ vel parum ambulare. Un-  
de conſequenter *n. 100.* in ingurgitatione  
cibi & potus uſque ad vomitum nõ agnoſ-  
cit peccatum, niſi ratione adjunctæ tranſ-  
greſſionis alterius legis: quã proinde realiter  
ſeparatã, nullum eſt (ut inquit) peccatum.

Quod quidem indubiè repugnat om-  
nium ſobriè ſentientium iudicio, & evertit  
proprium gulæ vitium ſeu malitiam. Cadit  
que exceſſus iſte ſub graviffimam reprehẽ-  
ſionem *Auguſtini Serm. 231. de Temp.* inter  
graviores & infames ebriorum deordinatio-  
nes numerans: *Frequentè etiam uſque ad vo-  
mitum ingurgitare ſe non erubescunt, & ad  
menſuras ſine menſura bibere.* Quin & ipſa  
Scriptura *Iſaia 28.* velut rem abominabilem  
refert: *Omnes meſe repletae ſunt vomitu.* Quòd  
verò addat hic Auctoꝝ, non dari caſum, quo  
abſit alterius legis tranſgreſſio, falſiffimum  
eſt: cur enim quis ſe cibo vel potu ita in-  
gurgitans, ſemper debeat, vel uſu ſe ratio-  
nis privare, vel jejunium frangere, vel cre-  
ditoribus non ſatisfacere &c? Neque ex eo,  
quòd in parco amore ſui, divitiarum, hono-  
rum, ſcientiæ &c. non ſit inordinatio, ſe-  
quitur hæc non eſſe in amore prædictorum  
inordinato. Idemque eſt in materia eſcu-  
lentorum & poculentorum; quæ ſunt obje-  
ctum propriæ virtutis, ſcilicet abſtinentiæ  
& ſobrietatis, & oppoſiti vitii (quod utique  
per ſe, & ſecluſis aliis ab omnibus Sanctis  
numeratur inter vitia) gulæ ſive intempe-  
rantia. Secus eſt de ambulatione. Neque  
ferèdum eſt, quòd ſibi objiciens: quid ſi quis  
cibum ſumptum evomat, ut ex ſumendo  
novam delectationem ſumat? retorquendo  
reſpondeat: quid ſi quis à prima deambu-  
latione ceſſet, & ex aliis novam delectatio-  
nem ſumat? quaſi verò hæc ſit iſti huſ-  
quam beſtiali comparanda.

Tandem tamen quia juxta ipſum vix  
umquam contingit, quin ſimul ſubſit aliud  
incommodum, ſeu alterius gravis legis tranſ-  
greſſio (quod falſum eſt, adic (inquit) ſim-  
pliciter eſſe brutalitatis peccatum mortale.  
Egregium ſanè argumentum, quo exceſſus  
præſatus concluditur eſſe peccatum brutali-  
tatis ex eo, quòd vix umquã abſit alterius  
legis tranſgreſſio (à qua malitiam deſumi  
contendit) v. g. jejunii Eccleſiaſtici, non fu-  
randi, ſatiſfaciendi debitis, nõ lædendi pro-  
pria valetudinem &c. quæ ſpecificaverat *n.*  
*98.* quaſi verò non jejunare, vel alias leges  
tranſgredi ſit peccatum brutalitatis, aut in-  
de exceſſus prædictus malitiam brutalitatis  
(ſi illam aliàs de ſe non haberet) accipiat.

Pari ratione pergit *num. 105.* ebrietatis  
gravem malitiam referre ad alterius legis  
tranſgreſſionẽ; juxta ipſum ſemper conjun-  
ctam, videlicet quòd violetur dominium  
Dei

Inter alia  
idem aſſerit  
ingluviem  
uſque ad  
vomitum  
non eſſe pec-  
catum, ſe-  
cluſa alia  
tranſgreſ-  
ſione.  
61.  
Refuſatur.

An neceſſa-  
rio adſit al-  
terius legis  
tranſgreſſio.

Aliud ejus-  
dem Aucto-  
ris dictum  
improbatur.

62.  
Aliud inſu-  
per dictum  
ejusdem re-  
ſellitur.

63.  
Opinio ejus-  
dem de ma-  
litiã ebri-  
tatis expo-  
nitur.



Dei in usum nostræ rationis, quod nobis Deus non subiecit in ordine ad talem effectum, secus in ordine ad medicinam vel somnum. Quare specialis malitia ebrietatis esset injustitiæ respectu Dei. Quod non credo conforme communi apprehensioni, etiam ipsorum peccantium. Malitia itaque consistit in destituti inordinatione superius descriptâ.

**64.** *Alia de privationibus dicta ejusdem breviter reprobantur.*  
 Infert quoque *num. 106.* difficile probari, quod potitare etiam usque ad privationem usus rationis, non delectationis, sed somni moderati conciliandi gratiâ, seclusis aliis extrinsecis, sit magis peccatum quam sit ipse somnus extrinsecis calum necessitatis; quod tamen subiecit examini aliorum: sed absque examine falsissimum apparet. Prout & hoc, quod *num. 107.* subdit difficile probari esse peccatum, si alterius legis transgressionem secludas, indes potitare, sine perfecta ebrietate: quasi verò cum imperfecta ebrietate similive excessu id agere non sit ullum peccatum. Idemque *num. 108.* respondendum censet de provocatione ad æquales haustus, quæ tamen ab omnibus improbat, tamquam inordinata, saltem venialiter, etiam seclusa perfecta ebrietate.

**65.** *An consensus sit se inebriasse, qui potitat cum nausea vini usque ad privationem usus rationis, prout ut satisfaciatur amico.*  
 Non est denique probandum, quod juxta ipsum *num. 103.* potitans usque ad privationem usus rationis cum nausea vini præcisè ad satisfaciendum amico, dicendus sit potius se eo usque ingurgitasse, quam inebriasse. Non enim dubitandum apparet, quin talis potitatio comprehendatur inter ebrietates juxta Apostolum excludentes à regno Dei, inter quas etiam ex professo recensetur ab *Augustino Serm. 232. de Temp.* Et merito: cum usus delectabilium gustus inordinatus usque ad privationem istam non minus sit vitium completum sobrietati oppositum, quam fornicatio, pollutio &c. sint luxuria opposita castitati, etiam delectabilia hæc non propter delectationem, sed vel ob sanitatem, vel ob alios fines appetantur.

QUESTIO V.

De Jejunio Ecclesiastico.

**66.** *Quid significetur nomine jejunii.*  
*Quodnam dicatur Ecclesiasticum.*  
*Illud rectissime indicit Ecclesia.*  
 JEJUNIUM significat ciborum parsimoniam specialiter, sive quoad rariorem & parcioiorem usum, sive quoad victus asperitatem majorem, quam virtus abstinentiæ per se requirat. Quod diversimodè à diversis Sanctis omnis ævi practicatum est. Dicitur Ecclesiasticum, quando fit modo per Ecclesiam præscripto, qui est, ut abstineatur à cibis certi generis, & pluribus refectionibus in die naturali, & servetur certa refectionis hora. Quod quidem Ecclesia ob maximas jejunii utilitates, causalque justissimas merito certis anni diebus præcepit fidelibus: quidquid exemplo quorundam antiquiorum Hæreticorum nostri Recentiores contradicant, satis re-

futati per consensum & usum omnium sæculorum, jam inde temporibus Apostolorum. Immo ab his institutum esse, Ecclesiæque traditum jejunium quadragesimale, Patres passim testantur.

Varia porro, quæ in jejniis Catholicorum Hæretici arguunt, ex parte sunt generalia ad alias Ecclesiæ leges, opera meritoria & satisfactoria, ac denique opera supererogationis, quæ alibi refutantur: ut Cavillatio, quod sunt contra libertatem christianam, spectentque ad servitutem judaicam; quod adhibeantur ad mercedem & satisfactionem, quod sit superstitiosum adhibere aliquid ad cultum Dei, quod non est ab eo præceptum. Quasi verò non sufficiat præcipi à Ecclesia, aut à Deo commendari, prout jejunium commendatur *Tob. 12. Dan. 10. Joel. 2. 2. Cor. 6.* idemque laudatur in Anna vidua *Luc. 2.* Sanè obsequia spontanea solent esse gratiora, certè non respicienda etiam in humanis.

Specialiter autem ad præsens institutum pertinet, quod abstinentiam à certis cibis dicant esse vocatam ab Apostolo *1. ad Timoth. 4.* doctrinam dæmoniorum, ubi rationem addit: *quia omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, quod eum gratiarum actione percipitur.* Deinde dicunt delectum ciborum pertinere ad Judaicas ceremonias; ac proinde Ecclesiam facientem talem delectum reincidisse in Judaïsimum. Unde hoc redarguit Apostolus *ad Coloss. 2. Nemo vos judicat in cibo, aut in potu.* Quare etiam *Matth. 15.* Christus dicit: *Non quod intrat in os coquinat hominem.*

Verùm ad hæc respondetur Catholicos non abstinere à quibusdam cibis tamquam ex natura sua illicitis aut immundis; pro ut fecerunt *Tatiani Manichæi, Prisciana, &* quidam alii Hæretici, quos per prophetiæ spiritum prænuñtiavit Apostolus aliquando venturos *1. ad Timoth. 4.* Neque etiam abstinent Catholicis à quibusdam cibis tamquam ob significationem aut ratione legis veteris adhuc immundis, quos reprehendit Apostolus *ad Coloss. 2.* Nam planè contrarium docet Ecclesia Catholica, ideoque tempore & loco quodlibet cibos percipere fidelibus permittit. Abstinent igitur Catholici certis diebus à quibusdam cibis, secluso præcepto Ecclesiæ licitis, ac ex natura sua bonis, ob carnis mortificationem aliasque utilitates: quod bonum ac religiosum esse, satis præbent Sanctorum exempla, etiam in sacris litteris commendata: sic Daniel à carne, vino & aliis delicatioribus per tres hebdomadas abstinuit *Daniel. 10.* Rechabab à vino *Jerem. 35.* Et Nazaræi ab omni quod inebriare possent *Numer. 6.* Sic etiam Joannis Baptistæ esca fuit mel sylvestre & locustæ *Matth. 3.* Idem à principio imitati sunt plerique maximi Sancti novi Testamenti.

70. Expenditur illud Christi: Quod intrat in os, non coinquinat animam,

Ad locum Matthaei dico Christum ibi non agere de delictu ciborum, sed docere id quod intrat in os, si videlicet sit cibus alioquin licitus, non coinquinat animam, nec fieri cibum immundum ex eo, quod sumatur illotis manibus. Discipuli enim non reprehendebantur, sed quod comederent cibos vetitos, sed tantum quod non lavarent manus: neque etiam Christus intendebat docere animas Judaeorum non fore coinquinandas, si ipsi comedissent cibos lege tunc adhuc obligante vetitos, aut licitos quidem, sed intemperanter: id enim manifeste falsum esse etiam Haeretici fatentur. Quod si tamen generaliter intelligere quis velit sententiam Christi, intelligenda erit, quod cibus intrans in os, secundum se praesens, & ex vi sua, non coinquinet hominem. Quo non obstante potest coinquinare ratione inobedientiae, aut scandalii, alteriusve circumstantiae; ut manifestum est exemplo veteri fructus, qui utique ex natura sua non erat malus, cujus tamen comestione contra obedientiam facta Protoperantes se & posteritatem perdidit.

71. A quibus cibis sit diebus jejunii abstinentiam. Usus ovorum & lactiniorum quando & ubi permittitur.

Quod itaque attinet ad cibos, a quibus tempore jejunii Ecclesiastici abstinentum est, hi sunt primò & principaliter carnes (in quibus tamen potest, uti in aliis rebus, dari levitas materiae) dein ova & lactinia. In plerisque tamen Provinciis extra quadragesimam non est vetitus usus ovorum, aut usus lactiniorum, ut notant passim Doctores, & consuetudo docet. Sed neque jure communi extra illud tempus esse vetitum, Varii notant. Immo in diversis locis, ut hic in Belgio & Germania, permittitur consuetudo usum lactiniorum, etiam in quadragesima, exceptis paucis aliquot diebus, quos Episcopi solent pro suo rationabili beneplacito designare; & quidem in hac Diocesi Mechliniensis assignari solent quatuor postremi dies hebdomadae sanctae, in aliis idem, vel plures aut pauciores.

Regula observanda.

Quare pro abstinentia à certis cibis haec esto regula, Abstinentum scilicet ab iis, quorum usum tali loco, talibusque jejunii diebus, Ecclesiae consuetudo, alioquin in variis locis varia, non permittit.

72. Abstinentiam ab ovibus & lactiniis an gra- viter praescribitur Ecclesiae.

Quamvis autem Fagundes & pauci alii apud Castro Palao hic diff. 3. p. 2. § 1. (cui id ipsum videtur probabile num. 6.) existimant non obligare graviter abstinentiam ab ovibus & lactiniis. Oppositum tamen habet communis Doctorum consensus; quod etiam probat Castro Palao sup. Cõstat enim satis de prohibitione & dispensatione (quae prohibitionem supponit) dari solita; adeoque gravis est obligatio; supposita saltem materiae gravitate, quae utique subesse potest (etsi facile quoque subsit materiae levitas) tum junctim, tum separatim, praesertim in ovibus. Neque faver oppositae sententiae Herinx Sum. Theol. Pars 111.

tia, quod Gregorius ab Augustino Anglorum Apostolo rogatus à quibus ultra carnem in quadragesima licet abstinentum, solum responderit (ut refertur e. Denique, d. 4.) par esse, ut à praedictis abstineatur. Nam ly par non indicat solum congruum esse, ut abstineatur ab ovibus & lactiniis (aliàs ne quidem esset obligatio venialis) sed significat paritatem obligationis, q. d. par est, ut dum obligamur abstinere à carnibus, etiam obligemur abstinere ab ovibus & lactiniis.

Sententia negantis fundamentum dissolutionis.

Existimat nihilominus Marchant To. 2. Tract. 12. Tit. 3. q. 2. conclus. 2. diebus paucis quadragesimae, quibus juxta ipsum in memoriam velut primavæ obligationis, ex determinatione arbitraria Episcoporum abstinetur in Belgio à lactiniis; non peccare graviter utentes butyro seu lactiniis (non tamen ovis) quasi censetur levis materia, neque tanti in Belgio aestimetur. Quod eatenus saltem verum puto, quod non citò censetur gravis materia; saepe etiam adfit exculatio in carengibus oleo (quod in aliis regionibus abundat) aliisque cibis, quos tamen oportet laborare; similiter in lactinibus, oleumque non ferentibus, cui aliæ nationes assuetæ, difficilius uterentur butyro, quam Belgæ oleo. Desiderandum tamen, ut vetus disciplinae Ecclesiasticae in jejunii rigor, qui praescripta consuetudine adeò est relaxatus, postliminò restituatur.

73. Sententia Marchantii circa lactinia quoad Belgium.

In pinguedine similiter seu adipe (quod diebus sabbatinis cibi conditi possunt in quibusdam locis; quorum usus spectandus) Fagundes, & alii non faciunt difficultatem, quasi liceat iis diebus, quibus ova & lactinia. Sed praxis & sensus communis, his praesertim in locis, contrarium docet: etsi fatear facile posse subesse levitatem materiae.

74. Quid censendum de usu adipis.

Abstinentia à pluribus refectionibus, secundo loco ad jejunium requiritur. Ubi omnino refectionis, intelligitur sumptio cibi ad corpus alendum.

75. Abstinentiam à pluribus refectionibus.

Unde frequentior sumptio potus, etsi possit esse contra legem naturalem temperantiae, non tamen prohibetur lege Ecclesiastica jejunii, ut tradit D. Thomas q. 147. art. 6. ad 2. & alii communiter: quia potus ordinatur magis ad sanguinis refrigerationem, cibi distributionem, ac digestionem, quam ut alat corpus. Et licet aliquo modo nutriat, id tamen est per accidens, nec est ejus finis, ac non alit tantum, quantum cibus. Unde Ecclesia ejus non habet rationem, ut consuetudo praesens declarat.

Quid nomine refectionis intelligendum.

Potus etiam immoderatus non frangit jejunium.

Quamvis contradicat Marchant Tract. 22. Tit. 3. quest. 1. hoc usus argumento, quod immoderatus potus destruat genus jejunii, scilicet abstinentiam, adeoque ipsum jejunium; cum genere sublato tollatur species. Verum hic modus argumentandi nullus est: aliàs enim sequeretur frangi jejunium.

76. Argumentum Marchantii.



*ebant oppo-  
situm sen-  
sientis dis-  
soluitur.*

nium ab eo, qui immoderate biberet sub refectione, veluti qui pari ratione destruit rationem abstinentiae. Idemque esset de eo, qui immoderate pranderet. Immoderatus itaque potus tollit quidem sobrietatem, non tamen abstinentiam à cibo, quam praecipit Ecclesia: quae etiam non vetat gulositatem in comedendo, quam à Deo supplicans prohibitam, solum praecipit, ut abstinetur à pluribus refectionibus, cetera relinquens regulis naturalibus abstinentiae & sobrietatis.

77.  
*An sumptio  
electuaria-  
rum solvat  
jejunium.*

Præterea juxta *D. Thomam sup. ad 3.* non solvit jejunium sumptio electuaria; quia non sumuntur ad nutritionem, sed ad digestionem, seu per modum medicamenti. Nisi quis hæc sumat in magna quantitate per modum cibi, in fraudem jejunii, ut ait *D. Thomas sup.* Similiter Ecclesia (ut ait *Sylvius quæst. 147. art. 6.*) non prohibet unum alterumve boiù panis sumere, quando bibendum est, modò eo solum animò sumatur; ne potus noceat; eò quòd tunc modicum illud magis sumatur per modum medicinae, quam cibi. Idem est de modico quod sumeretur contra vertiginem capitis, aut similem causam; quod habet potius rationem medicinae, quam cibi.

*An bolus  
panis sumptus,  
ne potus noceat.*

78.  
*Qui licita  
si cœnula  
vespertina.*

Ufus nihilominus etiam inter probos, inspiciente & connivente frequentibus hominum necessitatibus Ecclesia, præscriptus, permittit cœnulam seu collationem vespertinam, non solum ne potus noceat (prout olim fuit introducta) sed etiam alicujus alimentii causa. Ejus autem qualitas & mensura determinanda est ex eodem usu, probato à timoratis in eadem regione seu loco. Prout in Belgio diebus, quibus lactinia permittuntur, satis communiter offertur, præsertim inter sæculares (nos contentamur fructo panis) pro collatione butyrum & panis, aut etiam caseus, ficus, castaneæ, amigdalæ, & similes fructus. Imò plures Doctores non faciunt difficultatem in qualitate, sed in sola quantitate, permittentes etiam pisciculos, aut partem magni piscis, ut (omissis pluribus) inter Italos *Bonacina disp. ult. de Præceptis q. 1. p. 2. n. 3.* Inter Belgas *Marchant Traict. 12. Tit. 3. q. 3. dub. 1.* cum enim (ut hic arguit) Ecclesia eam indulgeat alicujus confortationis gratiâ; quid refert, quo cibo, si diei accommodus sit, ea confortatio habeatur, si æqualis sit?

79.  
*Quantum  
esse possit.*

Ad quantitatem quod attinet, debet communi judicio esse modica (quamvis excessus, præsertim bonâ fide factus, non facile sit mortalis) quæ utilis uti in aliis rebus, sic & in præsentibus scilicet refectionis cujusque; ut censet *Filiucius, Layman* & plures alii. Quævis *Castro Palao sup. s. 2. n. 7.* credens quantitatem unius libræ sufficere pro communi refectione (ex quo sequeretur non posse in collatione sumi ultra tres vel quatuor uncias alimenti; quod durum est, ut ait) cen-

seat, refectens alios Doctores, modicam esse quantitatem, quæ ætate non excedit. Ex quo sequeretur, posse sumi dimidiam partem communis juxta ipsum refectionis. Quod apparet satis laxum. Et ahunde refectionis communis non est paritas quantitatis in singulis, uti patet.

Notandum I. Refectionem, etsi physicè non continuatam, posse censeri unicam, si non sit moraliter interrupta. Unde qui jam inchoatam coguntur relinquere ob superveniens negotium, possunt illam ex intentione & circumstantiis eandem seu unicam, negotio absoluto complere. Quantitas verò interruptionis, habitâ ratione negotii, temporis, & animi interruptionis, prudenti arbitrio definienda est. Secus est, si abbit causa. Tunc enim interruptio duarum v.g. horarum judicio *Sylvii sup. quæst. 1. concl. 2.* censetur non esse sine fractione jejunii; immò & horæ unius: etsi ut addit (unc forte sit solum venialis, cum ea violatio non sit tam notabilis. Sic etiam juxta Doctores possunt Ministri mentis in Monasteriis aliquid modicum prægustare ipsâ horâ communis prandii postea ab ipsis perficiendi, si ve tamquam præservativum ne deficiant, si ve tamquam inchoationem securitatis refectionis, quæ ex intentione subnixâ rationabili causâ censetur moraliter unica.

Notandum II. Quòd etsi modici cibi sumptio extra tempus refectionis sit levis, possit tamen sæpius repetita effici gravis, & æquivalere comestioni notabili, tollereque difficultatem jejunii.

Notandum III. Quòd etsi certâ omnium sententiâ & praxi quælibet refectio, scilicet tam prima quam secunda, tertiâ, & ulterior, in carnibus faciendâ, si sit notabilis, sit graviter inhibita lege jejunii; tamen, an idem sit de tertiâ, & ulterioribus refectionibus in piscibus. Et quædam *Joannes Major, Medina, Covarruvias, Monesinos* (quæ citat *Castro Palao sup. s. 2. n. 8.*) Et sequitur *Sylvius sup. quæst. 3. Wiggers c. lucta m. 1. dub. 4. n. 26.* censent, non sine fundamento notabili, quòd sic; eò quòd simpliciter prohibitum sit plusquam semel comedere, uti plusquam semel in die nullam celebrare: quare sicut in tertiâ & ulterioribus celebrationibus graviter peccatur, sic & in tertiâ & ulterioribus refectionibus. Ac proinde, etsi impossibilis sit adæquata impletio præcepti semel violati, adhuc possibilis & debita manet pro parte restante. Quæ etiam ad finem præcepti non modicum conducere potest, ut inter alios probat *Wiggers*, apud quem, & apud *Sylvium sup.* plura videri in hanc rem possunt.

Farendum nihilominus oppositam sententiam esse passim receptam, quam communem vocat & sequitur *Castro Palao sup.* Cujus non video melius fundamentum, quam quòd Ecclesia accommodè ad humanam fragilitatem populi indicere hoc sensu

80.  
*Sufficit re-  
fectionem  
esse unicam  
moraliter.*

*Corollarium  
inde deduc-  
da.*

*Modica  
sumptio  
extra tempus  
levis, sæpius  
repetita  
gravat.*

81.  
*Qualitas  
refectionis  
in  
carnibus  
interdicitur.*

*Interdicitur  
plusquam  
semel comedere  
in die  
nullam celebrare.*

82.  
*Opposita  
sententia  
communis  
recepta  
claratur.*

sensu legem jejunii, ut solum secundam refectioem (quā plerumque sunt homines, exceptis mechanicis, etiam extra diem jejunii, citra notam abstinentiæ specialis, contenti) interdixerit seu præcisè prohiberit transiliri limitem unicæ refectiois, sicut si inhiberet transiliri limitem alicujus loci; cujus transilitione sic censeretur violatum præceptum, ut de cetero non violetur ulteriori in refectioibus progressu. Quod autem ita fecerit, suadet sensus communis, & praxis, tum fidelium, qui numerum refectioem non explicant, tum confessoriorum, qui non interrogant. Quem admodum hæc ratio solet argui in materia Sacramentorum pendente ab institutione Christi. Quamvis mihi interdum incidat ratio admirandi, cur Ecclesia in similibus mentem suam (à qua cardo totius rei pender) non manifestè declaret. Confirmatur: quia dispensat seu exculat à jejuniis ob senium seu debilitatem aut laborem, censentur posse refici toties quoties, quamvis causa id non postulet; utique idcirco, quod sensus communis sit jejunii lege prohiberi præcisè excessum ultra limites secundæ refectiois.

Limitatur autem communiter hæc sententia à Doctoribus (quos refert Castro Palao num. 9.) ut non procedat in casu, quo ex ignorantia seu inadvertentia quis secundam refectioem sumpserit, utpote quæ non sit jejunii transgressio. Sed contrà facit, quod juxta hos Doctores non nisi secunda refectio sit prohibita, adeoque observantia præcepti facta sit impossibilis, non obstante ignorantia. Quare ex hoc ipso posset proximè præmissa sententia impugnari; aut certe cum Layman, Bonacina (quos citat & sequitur Castro Palao sup.) consequenter non est prædicta limitatio admittenda.

Dubitat, an qui mandè jentavit, ignorans esse diem jejunii, vel ob iter pedetres, quod postmodum impeditur, possit horà consuetà prandere, seu le gerere ac si nil cõdidisset? Affirmant Varii, & probabile censeat Hessius l. 4. c. 2. dub. 3. Sed omnino censendum est taleni, si absque gravi incommo- do possit, debere jejunium servare, sive computando jentaculum pro collatione, si non fuerit nimis excessivum, & prandium differendo in vesperam, sive jentaculum, si fuerit iusta refectio, computando pro prandio, & vesperi sumendo collationem. Supposita tamen notabili difficultate, non est æquum, ut talis fraudetur permilla ceteris commoditate, aut plus iis gravetur. Fortassis etiam posset, quod iusta refectioe defecit in jentaculo, supplerè in collatione abundantiori; uti ratio videtur dictare.

Quod attinet ad tempora jejuniorum, quæ hodie cadunt sub præceptum, ea communiter satis nota sunt, videlicet dies quadragesimæ (exceptis dominicis, quibus abstinentum à cibis vitetis) quatuor tempo-

rum, Vigiliarum (quæ si venerint in Dominica, præveniuntur in sabbato) Natalis Domini, Assumptionis B. Mariæ, & omnium Apostolorum (exceptis Vigiliis SS. Joannis Evangelistæ, ac Philippi & Jacobi) spectato jure communi c. 1. & 2. de observat. jejunsor. Quibus ex universalis consuetudine jungendæ sunt Vigiliæ Pentecostæ, SS. Joannis Baptistæ (cujus vigilia incidente in festum Corporis Christi, est jejuniis die immediate præcedenti anticipandum ex decreto Urbani VIII. Concl. Cum evenire) Laurentii, & Festi omnium Sanctorum. Ex consuetudine verò particularium Ecclesiarum plura vel pauciora jejunia obligant.

Et specialiter in I. Synodo Provinciali Mechliniensis Tit. de Jejunio c. 1. non enumerantur pro Provincia obligantes vigiliæ Apostolorum jejunandæ, nisi SS. Petri & Pauli, Matthæi, Simonis & Judæ, atque Andree. De quibus & aliis Vigiliis ibidem adjunctis dicitur, quod sint ab universis etiam varentibus, nec legitime excusatis, sub periculo peccati mortalis jejunandæ. Deinde hortatur Synodus Fideles, ut in locis, ubi plura vel strictius observata fuerint, pram consuetudinem observent. At Synodus Mechliniensis 11. Tit. de festis & jejunio c. 3. declarat esse jejunia per totam Provinciam servanda in I. Synodo Mechliniensis plenè enumerata, ita tamen, ut in locis, ubi vel plura, vel strictius observata fuerint, mandet Synodus, ut pram consuetudo observetur. Abstinentia à carnibus obligat in feris sextis & sabbatis: præterquam quando Natale Domini in alterutram diem incidit. In Provincia quoque Mechliniensi est licitus usus carniū in sabbatis inter Nativitatem Domini & Purificatione Deiparæ inclusivè sumptam; quod tempus vocant puerperium D. Virginis. Oppositum tamen statuitur in Synodo Buscoduncensi Tit. 2. c. 11. Ubi etiam cap. 9. pro locis ab Ultrajectensi & Leodiensi Diocesi dismembratis declaratur obligatio juris communis, quoad jejunia in Vigiliis Apostolorum.

In festo S. Marci & Triduo rogationum non viget hodie saltem obligatio perfecti jejunii (esto videatur olim viguisse in Triduo prædicto ex Concilio Aurelianensi relato c. Rogationes, de Consecrat. d. 3.) sed imperfecti, scilicet abstinentiæ à carnibus, prout in sextis feriis. Etus tamen adipis, qui quibusdam locis permittitur diebus sabbatinis, non est ad istos dies extendendus, nisi supposita pariter in loco præscripta consuetudine. Horam etiam refectiois istis diebus prævenire, non est per se peccatum. Servanda tamen statuta Synodalia, & consuetudines speciales; prout Synodus Mechliniensis l. sup. c. 2. statuit, ut jejunetur usque ad prandium saltem. Quamvis hujusmodi consuetudines aut ordinationes non semper sint obligatorie, saltem graviter;

83. Quadam illius limitatio discutitur.

84. Quid faciendum ei, qui die jejunii mandè bonâ fide jentaculum sumpserit.

85. Tempora jejuniorum specificantur.

86. Quæ jejunia sint in Provincia Mechliniensis observanda.

In puerperio B. Virginis quæ Belgii liceat usus carniū in sabbato.

87. Quid statuendum de abstinentia in Litanis Majoribus & Minoribus.



prout ex sensu ipsorum fidelium cognosci potest & debet.

88. *Qui possit per Episcopum aut Episcopali potestate praeditis transferri dies jejunii.*

Notant autem veteri Doctores Episcopum (idem est de aliis habentibus similem in suis jurisdictionem) posse ex causa legitima transferre pro sua plebe jejunium in alium diem, prudenter gerendo negotium Ecclesiasticae legis, cujus sunt velut executores, ac praeveniendo plura peccata in transgressionibus committenda: v. g. si incidat in diem dedicationis apud plebem magis festiva, vel Bacchanalium.

89. *Quinam obligentur generaliter lege jejunii. Notanda circa adolescentem minores 21. annis, & jejunio excusatos.*

Lege Ecclesiastica jejunii, quatenus prohibente abstinendam à cibis vetitis, obligari omnes fideles Christianos usu rationis praeditos, certum est apud omnes Doctores. Quatenus autem prohibet plures refectiones, non adstringit pia Mater Ecclesia eos, qui necdum compleverunt annum aetatis vigesimum primum (quae nimirum aetas frequentiore indiget alimento) uti quoque usus & sensus communis Doctorum indubitatum facit. Consultissimum tamen est, ut juvenes se ad jejunium exercent juxta modum aetatis suae, ac determinationem confessarii (quae non est obligatoria, ut patet) praesertim ii, qui pubertatem excesserunt: aetas enim illa lascivius carnis saepe solet esse valde subiecta, quae saluberrime jejunii constringitur. Sic etiam paulatim assuescendo jejunii, adveniente obligationis tempore facilius praecipuum exequantur.

*Possunt excusari voto adstringi ad jejunia, suntque professi adstricti ad jejunia regula, non tamen omnia Ecclesiae.*

Possunt tamen adolescentem juniores sepe votum obligare ad arcta jejunia. Prout Franciscani in minori aetate professi obligantur ex Regula ad plurima jejunia, & ipsam quadragesimam Resurrectionis, etsi non ad cetera Ecclesiae jejunia in Regula nequaquam expressa.

Causae excusantes à jejunio solent reduci ad triplicem titulum, scilicet impotentiae, laboris, pietatis. Quibus adjungi potest quartus, scilicet rationabilis dispensatio.

90. *Qui tituli excusent à jejunio. Quinam excusentur titulo impotentiae.*

Titulo impotentiae excusantur infirmi, item convalescentes & debiles, accedente praesertim judicio medicorum: insuper mulieres praegnantem & lactantes, & pauperes qui non habent iustam refectionem. His annumerari solent senes ipsa enim senectus morbus est, & quidem incurabilis. Alii porro citius, alii ferius senescunt. Facendum tamen cum Doctoribus passim, sexagenarios, veluti in aetate valde deficiente, & medià senectà constitutos, ordinariè saltem excusari à jejunio, ac praesumi eos non posse jejunare, cum contrarium non constet. Immo Doctores gravissimi & plurimi excusant omnes indiscriminatim, etsi videantur robustioris complexionis; cuiusmodi nimirum vigor plerumque est fallax & incertus. Et pro hoc allegat *Marchus To. 2. Tribun. Tr. 12. Tit. 3. q. 4.* ex *Hieronymo Llamas* generalem declarationem vivā voce factam à Pio V. ob ea nimirum, quae sunt

per se, & ut plurimum. Immo idem *Marchus sup.* & plures alii id ostendunt ad jejunia Regulae. Quod difficile videtur in casu, quo satis constaret de viribus & facultate jejunandi citra considerabile naturae incommodum: prout interdum contingere possit.

Laudabile valde (quod docet experientia) Sexagenarios nostros, immo Septuagenarios, ac usque ad decrepitam aetatem, si alia infirmitas non obstet, cum alacritate & spiritus fervore magnam partem anni in Ecclesiasticis & Regularibus jejunii transigere, solo frusto panis in collatione contentos Superioribus tamen incumbit invigilare, ut discretè horum indigentis (si quae timeantur subesse) provideatur.

Titulo laboris excusantur omnes, qui duriori labore suo vigitant, cum quo scilicet non potest bene jejunium consistere. Tales sunt Agricola, Fabri serrarum vel lignarii, Camentarii, Fullones, Coriarii, Praelum typographicum prementes, & plerique alii mechanici. Quod *Bonacina disp. ult. de Praeceptis q. 1. p. ult.* & alii, quos citat, extendunt etiam ad alios dies, quibus isti non laborant, v. g. dies festos intermedios, quando juxta prudens judicium ipsi exigat labor praecedens vel secutus. Nec refert, utrum divites sint an pauperes: quia hoc ipso quod ex officio laborant, possunt aequè diebus jejunii ac aliis laborare, & consequenter tunc non jejunare, modo revera laborem subeant, ut declaravit *Eugenius IV.* teste *Sylvestro V. jejunium q. 9. Navarro c. 21. n. 16.* & aliis. Aliqui tamen, quorum labor est levis (ut Sartores, Pictores, Barbitonfores, & similes) communi sententiā non excusantur à lege jejunii: quidquid Nonnulli indiscriminatim excusent omnes artifices ob praefatam declarationem Eugenii IV. quae nimirum, veluti rationabilis, censenda est aliorum Doctorum judicio respicere Mechanicos prioris generis; nisi adsit alius titulus, paupertatis v. g. unde deficiat iusta refectionis.

91. *Quinam excusentur titulo laboris.*

Excusantur similiter, qui damni vitae, aut notabilis lecri gratia laborant, etiam si aliàs laborare non soleant; sicut quando mercatores ad nundinas proficiscuntur pedibus, vel ad alia negotia, quae saltem commode differri non possunt. Censeturque communiter sufficere iter quatuor aut quinque miliarium nostratum, quae conficiunt duodecim vel quindecim miliaria italica: eò quod labor talis itineris censetur notabilis, & naturae non modicum defatigativus. Quamvis Nonnulli statuunt sincerum ac prudens arbitrium, attentò hic & nunc naturae defectu, pro regula.

Titulo pietatis excusantur, qui operibus misericordiae spiritualibus vel corporalibus incumbunt, cum quibus non queunt jejunare. Item excusantur Concionatores, legentes in scholis, visitantes infirmos, Sacramenta

92. *Qui excusentur titulo pietatis.*

cramenta administrantes & similes, si suum officium cum jejunijs bene exercere nequeant. Ecclesia enim ita præcipit jejunium, ut opera magis necessaria & præstantiora non velit impedire, quando cum illis non consistit jejunium. Cavendum tamen, ne quis laboris vel operis pietatis occasionem caperet, dumtaxat in fraudem jejunii, ut locum non habeat illud Psal. 26. Et mentita est iniquitas sibi.

Obserandum verò, ea, quæ diximus de exemptione à jejunijs, esse intelligenda potissimum quoad abstinentiam à secunda refectioe, non ita quoad abstinentiam à cibus prohibitis. Quando tamen foret evidens necessitas, liceret quoque cibus vetitis uti; & quidem per se loquendo, absque alia superioris dispensatione. In dubio autem necessaria est dispensatio.

Titulus itaque postremus excusationis in casu quo aliquid lex obligaret, est, dispensatio data ex rationabili causa. Eaque providè dari potest ad causam, si fortè causa se solà (ut sufficere putatur) non sufficiat. Potestas autem dispensandi ob casus creberrimos est etiam pœnes parochos, saltem in absentia Episcopi, & respectu Religiosorum pœnes Prælatos regulares, ut passim notant Doctores.

Pro fine notandum, quibus esus carnijs concessus est ob infirmitatem aut debilitatem, eisdem etiam cœferri concessam secundam refectioem. Secus si usus carnijs concessus sit, eò quòd natura à piscibus abhorreat, vel quia pisces putantur nocere temperamento: tunc enim non subest ratio quare plures refectioes concederentur.

QUESTIO VI.

De Partibus Potentialibus Temperantia, Vitijs Oppositis.

96. **E**X PUNCTA in antecedentibus continentia, & consequenter opposita incontinentia, ex hoc numero, veluti partibus integrantes aut subjectivis castitatis & luxuriæ, restat mansuetudo, eique affinis clementia, & multiplex modestia.

Mansuetudo est, virtus, quæ moderatur iram juxta rationis præscriptum. Unde facit, ut homo oblati occasione irritantibus non irascatur, aut ut iram comprimat, ne prorumpat ultra, quàm deceat. Facit etiam, ut ira excitetur dum ratio exigit, ut audacia proximorum coequeatur, delicta corrigantur, ne accrescant &c.

97. Ira enim, quæ definiri solet appetitus vindictæ, per se indifferens est ad bonam & malam, & vocari solet satellitium viri seu rationis; quod nisi adhibeatur in malo propulsando, sæpe eadem contra rationem cedetur. Unde est defectus iræ vitio-

sus, mansuetudini oppositus, qui dicitur nimia iræ vacuitas; quæ eatenus solum est peccatum, quatenus defectu iræ non opponimus nos malo quando & quantum oportet. Quare si ira modum rationis non excedat, sed ei conformetur, est bona. De qua Psal. 4. dicitur: Irascimini, & nolite peccare. Et de Christo Marci 3. dicitur: Circumspiciens illos cum ira.

Neque omnem iram improbat Christus dicens Matth. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Loquitur enim de ira, quæ tendit ad homicidium; utpote complens ibidem præceptum, Non occides. De qua etiam ibidem, prosequitur dicens: Qui dixerit fratri suo, racha &c. scilicet ex ira, quæ mortem ipsius desiderat. Ita Lessius c. 4. dub. 4. ex D. Thoma q. 158. art. 5. ad 3. Si itaque ira modum excedat, dicitur iracundia, vitium capitale mansuetudini oppositum per excessum, ex parte iræ scilicet, quæ per mansuetudinem moderanda, limites excedit. Alioquin iracundus in mansuetudine potius deficiere, quàm excedere videtur.

Dupliciter autem potest modus excedi. Primò, si appetatur injusta vindicta, v. g. punitio immerita vel nimia, vel contra, vel præter ordinem juris, v. g. inferenda à privato aut incompetente iudice. Estque peccatum grave ex genere suo; et si fiat veniale ratione imperfecti consensûs, aut levitatis materiæ. Quare ira recensetur inter mortalia opera carnis ad Gal. 5. Interdum autem irascitur homo etiam contra inanimata, quærens quasi vindictam, ubi vindictæ nullus est sensus, v. g. contra calammum malè scribentem quem collidit iratus; ut pulchrè observat Augustinus Epist. 115. Et 14. de civit. c. 15. Illic tamen quædam etiam quasi ulciscendi libido est, & nescio quæ, ut ita dixerim quasi umbra retributionis, ut qui mala faciunt, mala patiantur, ut loco posteriori ait Augustinus.

Secundò potest excedi ex parte ipsius commotionis, quæ nimia & inordinata sit, etiam independenter ab appetitu propriæ vindictæ. Sic animi plures animo, atque etiam exterius turbantur & commoventur ex occasione aliqua vera vel apprehensâ irritationis acceptâ. Quæ quidem inordinatio juxta receptam D. Thoma q. 158. art. 2. & 3. sententiam est solum peccatum veniale, si absit periculum scandali, graves contumeliæ, convicia, seu blasphemias &c. quod quidem regulariter admittendum est. Nihilominus excessus in quibusdam adeò enormis est, ut hominem sensu vel ratione privet, aut motus enormes in corpore exciter quoad spumas, membrorum contorsiones, & similia ferina symptomata, adeò ut nomen insanias aut furoris mereatur; estque supposito sufficienti consensu, etiam seclusis gravissimis malis extrinsecis inde natis oriri, juxta Marchant. Tr. 2. Tribun.

ira quando peccatum.

98. Quæ ira graviter culpetur Matth. 5.

Iracundia, vitium capitale Mansuetudini oppositum, quo sensu per excessum.

Dupliciter exceditur in ira. Primò ex parte vindictæ.

Estque ex genere grave peccatum.

99. Secundo ex parte commotionis.

Estque regulariter veniale.

An aliquando mortale,

93. Excusationes præmissæ qui non respiciant cibos vetitos.

94. Qui denique ratione dispensationis.

Panes quos sit potestas dispensandi.

95. An dispensatus in carnibus censetur dispensatus in secunda refectioe.

Quid dicitur factu & quod ejus spiritum.

97. Quid ira. Quando sit mala, quando bona.

Ira vacui-

*ban. Tract. 6. Tit. 2. q. 2. Cont. 5. peccatum mortale; veluti hominem in feram convertens, non minus inordinate quam ebrietas.*

100. *Qua filia ira.*  
Sex iræ filias numerat *Gregorius 31. Moral. c. 17. alias 31. dicens: De ira rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia proferuntur.*

*Qua motiva temperantia sit.*  
Motiva mansuetudinis exercendæ ac iracundiæ temperandæ sunt. Mansuetudo Dei & Christi, grave necumentum proprium; insuper propria in aliis offendendis fragilitas, qui tamen tibi sæpe non sunt irati: bona mansuetudinis, præsertim animi quies. Quibus accedit consideratio Thomæ Mori: vel bonus est cui irasceris, vel malus: si bonus, immeritò ei irasceris, quem Deus amat: si malus, vel talis erit in æternitate, & ita satis miser erit, & compassione est dignus; vel non manebit talis, & tunc malè irasceris illi, qui in æternitate tibi erit amicitia devinctus. Vide *Lessium t. 4. dnb. 3. & 4.*

101. *Quid clementia, quæ ut vitia opponitur.*  
Clementia exteriorè vindictam & punitionem mitigat, quantum ratio justitiæ patitur; adeoque moderatur affectum ostentandæ potestatis in punitione delinquentium. Unde supponit potestatem saltem putativam puniendi, minuitque ex animo leni vindictam, quantum lex justitiæ vindictivæ patitur. Defectus Clementiæ oppositus est nimia lenitas, quæ ex nimia facilitate animi & compassione remittitur aut minuitur poena contra præscriptum rationis. Excessus eidem contrarius est crudelitas, sive austeritas animi ad infligendas poenas supra meritum. Estque peccatum grave vel leve, prout malum fuerit grave vel leve, quod per crudelitatem inferitur, vel ex nimia lenitate (quæ est plebeio more clementia vocetur, erga privatos, est tamen crudelitas quædam erga republicam, cui interdum non minus nocet, quam crudelitas) sequitur. Crudelitati affinis est feritas, seu vitia, inferens mala aut tormenta proximo citra omnem culpam, solius voluptatis gratiæ, adeoque non per modum poenarum, uti crudelitas; quæ ipsa tamen etiam solet interdum sævitia appellari.

*Hæc quale sit peccatum.*

*Quid feritas, & in quo à crudelitate distinguitur.*

102. *Quid modestia, & quotuplex.*  
Modestus generatim dicitur juxta vulgarem loquendi modum, qui se continet inter limites sui status, ingenii & fortunæ, contentus suo modulo. Unde Modestia est virtus quæ quis hanc mediocritatem amat, cohibens omnes motus, tam internos, quam externos, ne in rerum apparatu, in rebus fortunæ & ingenii excedatur. Modestiæ quatuor sunt species, Humilitas, Studiositas, Modestia motuum externorum, & modestia cultus seu externi apparatus. Humilitas moderatur motus animi ad excessa; Studiositas, desiderium sciendi; modestia morum, motus & gestus corporis; modestia cultus, externum appa-

ratum vestibus, suppellectili, conviviis &c.

Humilitas juxta *Bernardum l. de gradu Humilit. in princip. est virtus, quæ quis verissimè sui indignatione sibi ipsi vilescit.* Sive, est virtus inclinans ad proprium contemptum, & ad profitendum signis & factis suam vilitatem. Humiles itaque sentiunt se nihil esse vel posse à se ipsis, omne bonum esse à Deo, ac idcirco in eum esse omnia referenda, ipsique omnem laudem deberi, nobis autem solum contemptum.

Hinc patet in primis notitia sui esse fundamentum humilitatis: cumque hæc notitia non possit esse perfecta sine notitia Dei (navos enim sui corporis tunc glariùs quis detegit, cum lumini solis exponitur) notitia autem Dei sit fundamentum charitatis, sequitur humilitatem & charitatem esse virtutes conjunctissimas. Unde pulchrè *Augustinus* dicere solebat: *Noverim te, noverim me, ut amem te, & consemnam me.* Et in ore Seraphici *Francisci* frequens erat illud: *Quis es tu Domine, & quis sum ego.* Indeque in his Sanctis ex humilitate prodiit tam ardens charitas.

Patet II. Humilitatem non opponi Magnanimitati, sed cum ea optime convenire; nam cum verè humilis agnoscat se nil esse aut posse à semetipso, maximè nititur auxilio divino; quod cum sciat esse efficacissimum, neminiq; denegari, omnia ardua attentare audeat, & maximè pollet virtute magnanimitatis, juxta illud Apostoli *ad Philipp. 4. omnia possum in eo, qui me confortat.*

Patet III. Humilitatem Christianam implicitè involvere actum religionis, & contrà: nam sicut actus humilitatis primario continet professionem nostræ vilitatis, & secundario seu ex consequenti professionem divinæ excellentiæ: ita actus religionis primario continet professionem divinæ excellentiæ; & secundario professionem nostræ vilitatis. Et hinc licet professio nostræ vilitatis ut sic non habeat rationem virtutis, saltem eximie, illam tamen habet, in quantum consequenter per humilitatem profitemur omne bonum nostrum esse ex Deo, ei omne honorem adscribentes cum Apostolo *1. ad Timoth. 1. dicente: Soli Deo honor & gloria.*

Varii sunt actus humilitatis. Primò humilis semetipsum contemnit. Secundò sine falsitate reputat se donis Dei indignum. Terriò hinc non vult laudari, quia videt omne bonum suum esse Dei. Quartiò desiderat etiam ab aliis vilis haberi & contemni quantum in se est. Quod addo: quia ratione officii vel fructus spiritualis hoc aliquando non expedit: ideoque licet non possimus excedere in actibus humilitatis coram Deo, bene tamen erga proximum, quando videlicet id vergit in injuriam sui status, prælaturæ &c. Quintò, cum

*Quid Humilitas.*

*103. Quod humilitatis fundamentum, & quantum ejus cum charitate conjunctum.*

*Non opponitur Magnanimitati.*

*104. Quis voluntatem religionis.*

*105. Varii actus humilitatis.*



eum videt ſe ab aliis ludari, non trahit ſibi. Sexto conferendo ſe cum aliis quibuscumque reputat ſe deterio- rem: conſiderat enim ſe ſecundum id, quod ex ſe habet, alios autem ſecundum id, quod habent ex gratia: quos exiſtimat etiam fore gratiores, ſi beneficia tanta habent. Quo- modo ſe latroni poſtponerat humilis Fra- ſcus, ſeque maximum eſſe peccatorem cenſebat, teſte S. Bonaventura c. 6. Legenda. Septimo ſubjicit ſe Deo tamquam viliffimum mancipium, vel potius tamquam terram ſigulo, ut faciat de ſe quidquid placet, tam in proſperis, quam in adver- ſis. Ideo ſi aliquando ab aliis laedatur, illos reputat inſtrumenta Dei. Octavo ſubjicit ſe hominibus propter Deum. Nondum ex- ternis functionibus, quantum in ſe, amplectitur deteriora, ut locum humilem, conſortium communian, officia minora &c.

106. Humilitati que vitia opponantur.

Quid ſu- perbia.

Que ſilia illius.

107. Eſt mortale peccatum. Praſertim ſi ſit com- plea.

Humilitati opponitur nimia ſui abjectio, & maxime ſuperbia, quae eſt vitium, quo quis ex conſideratione ſuarum perfectionum, juncta inconsideratione imperfectionum & dependentiae a Deo, ſeipſum pluris aſtimat, quam oportet, & conſe- quenter aſtimat ſe dignum & idoneum rebus magnis, ſuamque meſuram excedentibus, aſtimatque ſe pra aliiſ, ſeipſum magnificens, alios parvi. Ea tamen, quae in vitio ſuperbiae concurrunt magis diſtinguentes, recte dicunt actum ſuperbiae maxime in hoc conſiſtere, quod aliquis afficiatur ad ſe tamquam magnum, ac ſe ſtimate ultra debitum, aliiſque ultra debitum praferat. Actum autem, quo quis inordinata appetit propria laudem & famam vocant cenodoxiam ſeu vanam gloriam. Appetitum inordinatum dignitatum appellant ambitionem. Inordinatum affectum, quo quis intendit functiones ſuas vires ſuperantes nominant praſumptionem. Unde haec vitia formaliter a ſuperbia diſtinguuntur, ſolentque frequenter ſtatui inter oppoſita Magnanimitati; & ſunt cum multis aliis ſilia ſuperbiae: immo ipſa quodammodo eſt mater omnium vitiorum, ſicut humilitas omnium virtutum.

Superbia eſt ex genere ſuo peccatum mortale juxta D. Thomam q. 162. art. 5. adeoque inter eos, qui digni ſunt morte recententur etiam ſuperbi ad Rom. 1. Quod maxime verificatur in ſuperbia completa, quae excludit ſubjectionem erga Deum; qualis eſt plane diabolica, qua quis ita excellentiam ſuam amat, ut ne Deo quidem ſubelle velit, aut ſe Deo adaequet vel anteponat. Eſtque graviffimum peccatum, etſi minus, quam odium Dei. Ad hanc etiam ſpectat, quod quis bona quavis ſibi attribuat tamquam a nullo accepta, idemve alios exiſtimare velit, aut opere externo ſe ſe habere velit, quaſi non acceperit a Deo, ſed habeat a ſe ipſo, aut ſic ea habere cu-

piat, vel trahatur quod ea ſic non habeat. Simile eſt, ſi a Deo quidem, ſed ſuis meritis & ex debito accepto gloriatur, conformiter ad aliquos ex mox enumeratis modis.

Alia quoque ſuperbia deliberata, eſt peccatum mortale, quando eſt cum notabili deſpectu ſuperiorum aut proximi, aut transgreſſione praeccepti graviter obligantis, ſeu quando quis ſic amat ſuam excellentiam, ut propterea paratus ſit transgredi grave praecceptum. Immo Syſtem q. 162. art. 5. cenſet etiam eſſe mortale, quando in re magni momenti ſuperbus arrogat ſibi bona quae non habet, aut vult plus quam deceat aliis praeferi. Verum ſi ſecludatur grave detrimentum proximi, Doctores communiter (ut videre eſt apud Toleraum l. 8. c. 4. Marchant, Leſſium & alios paſſim) exiſtimant in ſolo appetitu alicujus vanitatis ſiſtentes, qua cupiunt eſtimari excellentiores quam ſunt, & majores aliis, non peccare mortaliter. Quod in communiter occurrentibus verum eſt. Quamquam peccatum ſit noxium & periculolum, tum quia multorum malorum radix, tum quia multorum bonorum ſpiritualium impeditivum.

108. Quando praetera.

Quando ſit peccatum veniale.

An vel quando Vana gloria, Jactantia, Ambitio ſit grave peccatum.

109. Quid ſit diſtinctio.

110. Quid Curioſitas, & Negligentia, ac quale peccatum.

Vana gloria, niſi ſit de re graviter illi- cita, non eſt per ſe mortalis. Idemque eſt de jactantia. Ambitioſimiliter non eſt mortalis, niſi pravis mediis, aut cum injuria tertii quis aſpiret ad honores vel dignitates, aut ſit ad eas inidoneus.

Studioſitas eſt ſpecies modestiae, affinis quidem temperantiae, quatenus refranat appetitum, ne nimium feratur in delectationem ſtudiorum: verum affinis fortitudini, quatenus excitat animum ad ferendos labores ſtudiorum, ne contra rectam rationem ſtudia refugiat vel inquisitionem notitiae neceſſariae aut valde utilis.

Studioſitati per exceſſum opponitur Curioſitas, quae per ſe tantum eſt venialis, ratione tamen circumſtantiarum, v. g. prohibitionis aut periculi poteſt eſſe mortalis, ut ſi quis legat libros vetitos, vel etiam ratione mali medi, ut ſi quis v. g. velit ſcire ope demonis, vel per eum qui tenetur ad ſecretum; item ratione malae intentionis, ut quia vult alterum per hoc graviter decipere, aut propter curioſitatem negligit alia, quae ſub gravi obligatione ſcire deberet. Per defectum opponitur studioſitati negligentia: quae etiam per ſe non eſt mortalis, ſed tantum quando ex praeccepto vel aliunde tenetur aliquis quaedam diſcere & ſcire: v. g. ſi Medicus, Advocatus, Parochus, Episcopus negligat ea diſcere, quae ſuum cuiuſque officium attingunt. Addit Leſſius l. 4. c. 4. dub. 11. n. 85. ſi studioſus negligat ſua ſtudia; ſupple, ad quae aliunde obligatur. Prout juxta Bannez q. 33. art. 3. dub. 3. & alios poſſunt religioſi graviter peccare, qui ne-

qui negligunt studia necessaria ad scientiam requisitam pro administratione muniõrum, ad quæ destinantur, seu quæ eis imponuntur.

III. Modestia morum non consistit in indivisibili.

Circa modestiam morum adverte illam non consistere in indivisibili, neque eandem esse respectu ordinum personarum aut occasionum: aliam enim tenentur observare religiosi, aliam sæculares, aliam senes, aliam juvenes, aliam præri; aliam item, quando nullâ urgente, speciali necessitate homo incedit per plateas, aliam si necessitas aliqua petat hominem vehementer accelerare gradum; aliam quando serid inceditur, aliam quando luditur; ut per se factis notum est. Distinguiturque juxta *Arriaga d. 56. sect. 2. n. 5. & 6.* ab affabilitate & amicitia, utpote servanda etiam independenter à commercio aut amicitia aliorum. Ea verò, quæ in ludicris decorum servat, vocari solet Eutrapelia. Vitia opposita non sunt per se gravia: prout sunt hinc morum ruditas; illinc nimia gravitas, mores aulici respectu religiosi, mores ficti seu nimis compositi, qui hypocrisim sapiunt &c.

An ab affabilitate & amicitia distinguatur.

Vitia opposita quæ, & quales sint peccatum.

II2. Excessus ornatus mulierum per pigmenta, novas vestium formas, comam appositam, per ornamenta aurea & gemmata: præsertim si iis utantur supra statum & præter consuetudinem receptam. Verùm breviter dico in hoc excessu per se solum esse peccatum veniale juxta *D. Thomam* & alios Doctores communiter, contra quosdam. Ratio est: quia excessus in rebus indifferentibus (cujusmodi est cultus corporis) seclusâ malitiâ extrinsecâ, solum est venialis, ut patet in usu divitiarum, honorum &c. Neque verum est, quòd per fucos adulteretur vel emendetur opus Dei; sed per artem suppletur defectus naturæ, vel juvatur opus naturæ quatenus natura est.

Mortalis autem per accidens.

Auctoritates in oppositum allegari solitæ, vel continent saluberrimum consilium tempore Ethnicismi Christianis valde ificulandum, vel proportionatur materiæ præceptum, vel graviter damnant excessum ratione lasciviæ, scandali, aut similis pravi finis vel circumstantiæ. Potest enim excessus esse gravis ratione pravi finis, contemptus proximi, impotentia solvendi debita, & quidem specialiter scandali &c.

Qualiter autem scandalum hoc sit æstimandum vide apud *Castro Palao hic disp. 3. p. 8. in fine.* Juxta *Lessium l. 4. c. 4. locum habet scandalum, ubi dicitur: si quis utretur, veste aded tenui, vel ita conformata, ut per eam pudenda non factis tegantur.* Sæpius est juxta *Cajetanum, Funum, Navarrum & Lessium sup.* in nudando pectore; præsertim ubi ea est consuetudo: eò quod pars illa honesta censetur, nec natura aut pudor humanus absolute postulet eam tegi. Addit tamen ibidem *Lessius, & Castro Palao sup.* grave peccatum esse, hujusmodi consuetudinem de novo introducere, veluti de re periculosa, & nocenti bono publico ac facti proximi, & qui insolita magis movent. Immo etiam ubi consuetudo recepta est, merito ob periculum tamquam illicitum libidinis esset abroganda, ut Doctores monent, inquit *Lessius.*

Merito etiam contra intolerabilem luxum in rhedis, & vestibus, vel seminariarum paupertatis, aliorumque incommo-  
dorum republicæ, conderentur, & executioni mandarentur leges politicæ. Et quidem extant circa modestiam in vestitu proportionato statui varia Præcipua Belgii edicta, ut videre est in *Codice Belgico V. Habiten ende Kleederen, & apud Zypaum in Notis juris Belg. Tit. Ad L. Juliam de Adulteris &c.* quæ tamen nequiorulus obiteravit, iterum remedio indigens. Quamquam etiam credibile sit *Lessio sup.* An obligent pleraque leges civiles de hujusmodi, quæ ad cultum variis locis habentur, esse solum pœnales, & obligare tantum ad multam.

Circa ornatum denique dissimulantem personam, puta dum mulier induit vestem virili, aut contra, nonnulli specialiter dissimulantem faciunt, allegantes illud *Deuteronom. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir vestem femineam: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Verùm ibi solum continetur lex ceremonialis, nunc abrogata. Aliunde quoque, dum hæc simulatio non est perniciose utenti aut aliis, non apparet continere gravem dCordinationem, ut indicat *D. Thomas q. 169. art. 2. ad 3.* Et cum aliis passim docet *Lessius sup. n. 114.* dicens, si vestis alterius sexus assumatur, solum esse veniale; si justa causa adsit, v.g. defectus alterius vestis, occultatio in necessitate, repræsentatio in tragedia, esse licitum.

113. Quando locum habet scandalum, ubi dicitur: si quis utretur, veste aded tenui, vel ita conformata, ut per eam pudenda non factis tegantur.

Quid censendum de nuditate pectoris.

114. Leges politica contra luxum quam nulli.

In Belgio negligit.

115. Assumere vestem aliquam per se mortale peccatum.

DISPUTATIO TERTIA.

De Fortitudine ejusq; Partibus, & Vitiis Oppostis.

QUESTIO I.

Quid sit Fortitudo, Quod ejus Officium, Quae Vitia Opposta?

1. Quid Fortitudo generaliter sumpta.



Fortitudo sic dicitur ex analogia ad robur corporis, aliquando generatim sumitur pro firmitate animi in bono honesto: & sic importat habitum innominatum, quo quis firmiter proponit omnem bonum honestum, de quo alibi dictum est. Vel etiam qualibet virtus si perfecta sit, & in gradu heroico, dum efficitur, ut animus firmiter suo objecto inhaereat, habet rationem fortitudinis generaliter sumptam. Aliquando vero, & in praesenti fortitudo sumitur specialiter, & definiri potest, virtus quae moderatur motus animi in rebus terribilibus, praesertim periculis mortis agrediendis vel sustinendis. Difficillimum namque est in iis animum regere, & statum rationis retinere. Proinde statuitur a D. Thoma q. 123. art. 2. & reliquis Scholasticis specialis virtus, ut quis decore & juxta rationis praescriptum motus animi moderetur, ac exterius se gerat. Sufficiens quidem id praestarent singulae virtutes ex proprio quarumlibet fine, quando sunt in gradu heroico; in quo paucis singulae competunt. Fortitudo autem id praestat ex motivo communi, quia videlicet per se decens & honestum est, virum fortem sic se gerere in tali periculi. Quamvis alioquin distinctio virtutis specialis fortitudinis a ceteris difficultate non careat, quam fuse discutit Arriaga d. 51. sect. 2.

Quid specialiter sumpta.

An sit virtus specialis.

2. Moderatur timorem, audaciam & tristitiam.

An versetur, uti & temperantia, circa passiones, an immediate circa actiones.

trarios actibus, ex quibus passiones ipsae proxime nascuntur. Id itaque intelligi debet, quatenus fortitudo & temperantia causant actus moderativos passionum animi, quae in materia fortitudinis & temperantiae solent esse vehementiores, & ex quibus radicaliter potissimum profluit difficultas per has virtutes superanda.

Actus itaque primarius & proprius fortitudinis est in magnis periculis, praesertim mortis, velle servare decorum, id est, illa pericula non plus fugere vel appetere, quam recta ratio dicit. Secundus, est moderari internas passiones timoris, audaciae & tristitiae. Tertius, in eisdem periculis servare decorum in motu externo, gestibus, & faciei constitutione. Hi, inquam, sunt tres actus fortitudinis, si fiant ex ejus motivo, sive ob honestatem, fortitudinis: si vero fiant ex alio motivo, videlicet quia id est necessarium ad implendam legem charitatis, obedientiae &c. erunt formales actus charitatis, obedientiae aut alterius virtutis, materialiter autem solum actus fortitudinis. Quamquam passim in Scriptura, & Patribus simpliciter appellantur viri fortes, qui ex quavis causa honesta opus fortitudinis praestant.

3. Qui sint actus Fortitudinis.

Porro inter actus fortitudinis maxime elucet martyrium, seu Baptismus sanguinis (de quo in Tract. de Sacramento agitur) quia majus robur requiritur, ut quis ultra se ingerat morti certae sine ulla restituta aut vindicta, quam ut se exponat periculo mortis cum aliqua spe evasionis & conatu justae vindictae: impetus enim animi in hoc casu vix admittit mortis apprehensionem. Martyrium tamen etiam ex genere seu objecto actus fortitudinis, solet ex aliis motivis subiri, praesertim charitatis Dei. Ipsum etiam censetur simul externa confessio seu testimonium fidei, quatenus solet acceptari ad testandam fidei veritatem in se vel in opere virtutis relucens.

4. Martyrium qui sit actus Fortitudinis.

Nota, moderationem hanc fieri mediante consideratione rationis, qua in primis ostenditur mortem non esse tantum malum, utpote quae a tot malis liberet, & verorum bonorum sit initium. Secundo melius esse generose mori, quam ignominiose vivere. Tertio proponendo exempla Christi & Sanctorum. Quae considerationes moderantur timorem. Audacia autem, si nimia sit, comprimitur consideratione periculi, & quod vita non sit sine causa abjicienda.

5. Quae incitantia Fortitudinis.

Vitia opposita fortitudini per defectum sunt

6.



*Ei per defectum opponitur Timiditas & Ignavia, vitia invicem connexa.*

*An sint grave peccatum.*

*7. Per excessum opponitur Intimiditas & Temeritas.*

*Vnde nascantur.*

*Qualiter sint peccamina.*

sunt timiditas & ignavia. Timiditas, est vitium, quo exceditur in timendo, videlicet tempore, modo vel quantitate, quâ non oportet. Ignavia, est vitium, quo deficitur in audendo, videlicet non aggrediendo pericula, quando vel quomodo ratio dicitur. Quæ vitia semper videntur simul concurrere; & in se ipsi sistant, nec ad alium pravum consensum impellant, sunt tantum venialia; sicut excessus aliarum passionum, quæ non inferant aliud detrimentum, quàm quoddam mentem perturbent inutilibus curis & cogitationibus. Si vero impellant ad aliud peccatum, erunt mortalia; vel venialia pro istius peccati conditione: v. g. si timore mortis paratus sis negare fidem, timiditas erit mortalis, contra præceptum confessionis fidei, & sic de ceteris.

Vitia per excessum opposita Fortitudini sunt Intimiditas seu Vacuitas justis timoribus, & Temeritas. Intimiditas est vitium, quo deficitur in timendo, quia videlicet modo & tempore non timeris id, quod timeri oportet. Temeritas est vitium, quo exceditur in audendo vel aggrediendo pericula mortis, quando, vel quomodo non expedit, v. g. nimis cito, vel ob minus bonum. Hæc vitia oriuntur ex contemptu propriæ vitæ, vel ex inconsideratione, quâ quis minoris æstimat vitam, quàm honorem, vanam gloriam, vel divitias. Secundò oriuntur ex superbia, quâ aliquis nimium sibi confidit, & alios contemnit, quasi ab illis se non possit. Tertio ex animi stoliditate. Unde *Aristoteles 3. Ethic. 7.* vocat insanos & stultos qui nihil timent. Hæc vitia sunt solum peccamina, quatenus continent tacitum consensum periculi, & sunt causa illius: adeoque prout periculum, quod incurritur, est magnum vel parvum, & graviter vel leviter vitandum, erunt mortalia vel venialia. Quando autem sint grave peccatum, concurrunt obligatio alterius virtutis, puta charitatis propriæ, & cuius tenemur conservare vitam.

QUESTIO II.

*Quæ sint Partes Fortitudinis, Quæve Vitia Opposita?*

*8. Quæ partes Fortitudinis.*

FORTITUDINI tamquam speciei infima, utpote respicienti principaliter pericula mortis, adeoque honestatem ejusdem rationis, non solent à Theologis attribui partes subjectivæ, sed potentiales, seu fortitudini affines, nimirum Magnanimitas, Magnificencia, Patientia, Longanimitas, Perseverantia seu Constantia. Quibus aliqui jungunt Fiduciam, sine qua nec bonum arduum aggredi, nec malum contingens fortis superare poterit: & Securitatem, quæ pars fiduciæ est, & animum in vir-

tute, exclusis inutilibus curis, tranquillum reddit.

Magnanimitas est virtus, quâ inclinamur ad omne arduum infra periculum mortis in omni genere virtutis, præcisè quatenus hoc est consentaneum animo magno & generoso. Dixi *infra periculum mortis*: quia circa arduum periculi mortis versatur virtus fortitudinis. Unde si magnanimitas & aliæ virtutes assignatæ considerentur quatenus versantur in propria materia fortitudinis, scilicet periculis mortis, non sunt partes potentiales, sed integrantes fortitudinis officium. Dixi etiam *præcisè quatenus* quia unaquæque virtus, si sit perfecta sive in gradu heroico inclinatur ad magna opera in sua materia, quatenus illa continentur sub proprio objecto formali (quod in variis est variis) sed non inclinant in illa, in quantum præcisè sunt consentanea animo magno & generoso. Nil autem verè magnum, nisi virtus, in rebus humanis: ista enim hominem quâ hominem perficit, æternum manet, æternamque vitam conciliat. Terrena bona & corporalia parvi sunt momenti; adeoque parvi ea facit magnanimum, qui non nisi ad verè magna aspirat, indeque sic dictus est.

Unde patet hanc virtutem maximè reperiri in iis: qui speris omnibus quæ in mundo sunt, Christi consilia sequuntur; magnanimitas enim maximè sita est in contemptu earum rerum, quæ vulgò maximè æstimantur, reverè tamen parvæ sunt; uti sunt honores, divitiæ & voluptates hujus mundi: & in conatu ad ea, quæ sunt maximè ardua ac cælesti honore digna; uti est observantia consiliorum Christi, & perfectio vitæ Christianæ.

Quia tamen illustria facta infestat & commitari solet appetitus honoris, cum respicitur motè magnanimitas, sicut fortitudo pericula mortis, moderando scilicet ne nimius sit, ne ejus intuitu actus fiant &c. Non autem versatur circa honores, eos propter se expetendo: id enim laudabile non est, cum sint res indifferentes.

Vitia magnanimitati opposita per excessum solent numerari, præsumptio, quâ homo ex nimia virium confidentia aggreditur quod est supra vires, & Ambitio, quæ consistit in nimia appetentia honoris: ac Vana gloria, quæ consistit in nimia appetentia gloriæ seu opinionis & faustæ. De quibus *disp. præced. q. ult.* breviter actum fuit. Per defectum ei opposita censetur Pusillanimitas, quæ consistit in quadam fuga magnorum operum, ex eo quod quis nimis facile existimet se esse imparem talibus operibus.

Magnificencia (quæ est quædam inæquata magnanimitas, seu pars integralis ejus) est virtus, quâ quis magnis sumptibus in materia externa atque quid magni efficit. In-

*9. Quid Magnanimitas.*

*Qui dicitur quatenus ceteris virtutibus.*

*Æstimatur virtutibus, uti supra dicitur.*

*10. In quibus elucet.*

*Qui versatur circa honorem.*

*11. Quæ vitia ei opponantur.*

*12. Quid Magnificencia.*

cit. Involvit vel supponit haec virtus insignem moderationem affectus erga pecunias: illa enim solet viros potentes quorum haec virtus est propria) a magnificis operibus, ac expensis, quas ratio dicitur, impedire.

13. Quae vitia Opposita.

Magnificentiae per excessum opponitur vitium, quo quis ex industria auget sumptus supra quam res possit, aut decorum patiat: ut faciebat ille mercator, qui in hieme struebat ignem ex cinnamomo. Per defectum opponitur Parsifientia, qua quis ex angustia animi parvos sumptus magno operi impendit: v.g. si monasterio magnifico, quod extruendum susceperat, arponi curret tectum stramineum. De quo ait Aristoteles 4. Ethic. 2. Maximis factis sumptibus, in parvo perdit decorum.

14. Qualiter Patientia se habeat ad fortitudinem.

Patientia, prout versatur in propria materia fortitudinis, est (ut paulo ante insinuavimus) ipsa fortitudo inadaequate concepta, quae maxime enituit in martyribus: prout autem versatur circa mala minora (ut sunt mors parentum, filiorum, amicorum, exilia, infortunia, morbi, contumeliae, & similia) est fortitudo late dicta, & pars potentialis fortitudinis strictae dictae, aut certe distinguitur ab ea, sicut abstinentia heroica a communi. Estque virtus, quae in praedictis malis animum confirmat moderando moerore, ne ob hos a praescripto rationis recedat, sive in mentis aequanimitate servanda, sive in motibus externis corporis conformibus. Id enim per se bonum & honestum est, adeoque patientia eo modo est virtus specialis ab aliis distincta. Moderatio tamen illa frequenter fit ex affectu particularis virtutis, quae per tristitiam oppugnatur: & sic quavis virtus, sicut amat honestatem sui objecti, ita vi illius resistit ipsi, quae directe vel indirecte repugnant, atque animum in iis ferendis firmat. Hocque modo sumitur passim in Scriptura, Patribus & sermone vulgari: quicumque enim affectu alicujus virtutis moderatè fert afflictiones, patiens dicitur. Et verè patientia sic nobis saltem necessaria est in tot, quae nos frequenter circumstant malis, ut reportemus promissiones.

Quid Longanimitas, & quid distincta à Patientia.

Longanimitas (quae est quaedam patientia inadaequate concepta) est virtus, quae aequanimitè perfertur molestia quae ex rei desideratae (quae est a motio praesentis mali, vel consecutio sperati boni) dilatione percipitur; adeoque est patientia, prout circa tale malum versatur.

15. Quae vitia Patientiae opposita.

Vitium patientiae oppositum per excessum est Impatientia, qua quis justum dolendi modum quem patientia praescribit, excedit. Per defectum eidem opponitur Insensibilitas, qua quis nec suis nec proximorum malis tangitur; hoc enim est inhumane

duritici signum, nec congruit amicitiae & vitae sociali. Haec peccata per se, & secluso malo, quod ex impatientia provenit, sunt tantum venialia.

Qualiter peccaminosa.

Patientiae incentiva sunt. Primum patientia Dei, qua tolerat defectus nostros, & differt vindictam, impertiendo dona misericordiae. Secundum est patientia Christi. Tertium, exempla Sancto, maxime veteris Testamenti, qui sine exemplo patientes fuerunt. Quartum, utilitas patientiae, per quam delentur poenae purgatorii & virtutes roborantur. Quintum, consideratio poenarum inferni & purgatorii; quas qui pro peccatis se quando meruisse intelligit, facile omnia incommoda hujus vitae tolerabit: sicut is, qui evasit ingens malum, parvo malo non ita affligitur. Sextum, impatientiae incommoda: nam per impatientiam non minuitur afflictio, sed augetur. Unde ipsa est maximum tormentum, ac insuper impellit ad omne malum.

16. Quae Patientiae incentiva.

Patientiae gradus ex parte malorum, quae quis patitur, sunt. Primus, quo aliquis patitur aequanimiter detrimentum in bonis fortunae: Secundus, quo in bonis famae: Tertius, quo in corpore & vita ipsa. Ex parte causae, ex qua oritur malum, gradus sunt: Primus, si patiamur ob propria delicta: Secundus, si sine delictis: Tertius, si etiam ab iis, quibus benefecimus. Ex parte modi tolerandi gradus sunt: Primus, tolerare sine murmuratione: Secundus, sine lamentatione & querimoniis: Tertius, cum gaudio; sicut habent Apostoli gaudentes &c. Quartus, expetere, & desiderare pati.

17. Quinam Patientiae gradus.

Quid sit.

Perseverantia, seu Constantia hic consistit in continuatione bonorum operum usque in finem; & per hanc superamus taedium ac molestiam, quae in exercitio virtutum occurrere solet, idque ob peculiaris honestatem. Saepè tamen sumitur alibi perseverantia pro speciali dono divinae gratiae, quo quis finaliter in gratia moritur. Materia principalis perseverantiae, prout hic sumitur, est bonum cujusvis virtutis, quod vult continuare usque in finem, quem ratio praescribit: sive ille sit finis vitae, sive certi negotii aut temporis. Continuationem voco, non qua opus numquam intermittitur, sed vel non intermittitur, vel suis temporibus resumitur juxta rei exigentiam. Secundaria materia est molestia animi, quae oritur ex diuturnitate rei laboriosae & difficilis, & per perseverantiam moderatè fertur ac vincitur.

18. Quid Perseverantia & Constantia.

Quae ejus materia.

Per excessum opponitur huic virtuti pertinacia, qua quis continuare vult, quod non debet. Per defectum vero ei opponitur mollietas animi, & inconstantia.

Quae vitia opposita.

## DISPUTATIO QUARTA.

*De Iustitia & Iure in Comuni, ac Iuris Speciebus.*

## QUESTIO I.

*Quid Iustitia & Ius?*

1.  
Que utili-  
tas presen-  
tis materie.



**I**USTITIA virtus est la-  
tissimè patens, cui passim  
in omnibus negotiis hu-  
manæ communicationis  
suis est locus: adeoque ejus  
regulæ sunt cognoscendæ  
ab omnibus, maximè verò ab aliorum di-  
rectoribus, iudicibus, & similibus.

Ratio or-  
dinis doctri-  
næ.

De ea, velut digniori, alii ante Tempe-  
rantiam & Fortitudinem tractant: Nos  
contrà, tum ut ab imperfectioribus ad per-  
fectiora procedamus: tum ut pauca, quæ  
de aliis dicenda erant, paucis absolventes,  
totum reliquum iustitiæ tractandæ dare-  
mus: tum quia prius virtutes ad se, quam  
ad alterum tractandæ videbantur.

2.  
Iustitia va-  
ria acceptio-  
nes.

Ex generali porro ratione sua impor-  
tat iustitia quamdam æqualitatem & debiti  
rationem: omnes enim apprehendunt esse  
justum, quod debitæ suæ regulæ adæqua-  
tur. Et quidem generatim aliquando sum-  
mitur quasi collectivè pro omni virtute  
(cujus collectionis qualibet virtus est pars  
integralis) sive omnium mandatorum ob-  
servantiâ; nimirum quia ibi reperitur ad-  
æquatio ad regulam, nempe legem, & de-  
bitum aliquod, faciendi videlicet quod le-  
gislator præcepit. E contrà verò, quia pec-  
cato debita æqualitas violatur, dicitur in-  
justitia seu iniquitas, quasi non æquitas.  
Unde etiam iustitia accipitur pro charita-  
te (quæ continet videlicet observantiam  
legis divinæ) seu gratiâ habituali, quam  
qui accipiunt, justificari, qui habent, iusti  
esse dicuntur, stylo Scripturæ.

Insuper aliquando suscipitur generatim  
pro virtute ad alterum: quo sensu justum  
esse dicitur, ut religio & cultus Deo, pie-  
tas parentibus, obedientia superioribus, gra-  
tudo benefactoribus &c. exhibeatur.

3.  
Quid ju-  
stitia hic.

In præsentem verò Iustitia sumitur pro  
virtute, quæ inclinatur ad servandum alteri  
jus suum. Et definitur ab *Ulpiano* (cujus de-  
finitio à Theologis communiter approba-  
tur) *L. Iustitia ff. de Just. & Jure, Constantis &*  
*perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi,*  
id est, permanens & firma dispositio (quæ  
significatur ipse habitus virtutis) volunta-  
tis, inclinans ad tribuendum cuique jus  
suum. Quod in exercitio fit, partim jus al-  
terius relinquendo intactum, seu ei non  
contraveniendo, partim dando non habenti  
suum, seu, quantum sibi incumbit, procu-  
rando, ut illud ad æqualitatem habeat.

Quia verò iustitia describitur juxta præ-  
missa per ordinem ad ipsum jus in cujus

explicatione difficultas manet satis intri-  
cata, *Poncius* *disp. 23. Theol. q. 6.* existimans  
etiam quædam præmissæ definitionis par-  
ticulas non esse necessarias, putat longè fa-  
cilius iustitiam explicari posse dicendo,  
quòd sit virtus seu habitus inclinans ad  
reddendum vel relinquendum cuique suum.  
Porro suum appellat, quòd ita ad ipsum  
pertinet, sive ex natura rei, sive ex disposi-  
tione legum aut consuetudine, ut appareat  
malum hoc ipsi non reddere, vel ab ipso  
auferre, ex hoc præcisè quòd sit ipsius, vel  
quòd dispositio sic ad ipsum spectet, ut ip-  
so invito alius non possit de eo disponere.  
Quod censet quadrare, in sensum commu-  
nem de natura iustitiæ.

Inhærendo autem communi descriptio-  
ni, necesse est ante omnia explicare, quid  
sit jus. Pro quo

Notandum jus aliquando idem esse,  
quod justum. Hoc autem generatim idem  
est, quod commensum suæ regulæ, seu le-  
gis, & complectitur omne opus bonum. Spe-  
ciatim autem, & in præsentem idem est, quod  
æquale, debitum alteri strictè. Secundo su-  
mitur pro regula iusti generatim sumpti,  
estque idem quæ lex, inde dicta jus. Quod  
dividitur in naturale, divinum, humanum;  
hoc rursum in civile & canonicum. Ter-  
tiò (ut alias acceptiones omittam) & vul-  
gatè sumitur pro jure quasi activo, quod  
consistit in certo titulo seu facultate, ha-  
betque sibi quasi correlativè respondens  
jus speciale primo modo sumptum, seu de-  
bitum rigorosum ad æqualitatem solven-  
dum. Exactè autem sciri nequit, quid sit  
jure debitum, nisi sciatur quid sit jus po-  
tremo modo sumptum.

Hoc itaque describi solet facultas legitima  
seu per leges concessa aut eis consentanea,  
aliquid agendi, habendi vel obtinendi,  
cui citra injuriâ altero ratiônabiliter invito  
contraveniri nequit; sive potestas legitima  
ad rem aliquam obtinendam, vel ad functio-  
nem aut quasi functionem, cujus violatio  
injuriam constituit. Hæc autem potestas vel  
se habet per modum potentiæ activæ, quæ  
v. g. est jus quod aliquis habet ad aliquid  
retinendum, vel agendum: vel se habet per  
modum potentiæ passivæ, & tale est jus, quod  
habet quis, ut ab alio alatur, custodiatur, sibi  
serviatur &c. vel denique se habet per mo-  
dum potentiæ resistivæ; & tale est jus, quod  
habet quis, ne alius aperiat fenestram aliquam  
in suo orto, ne ædificet hoc vel illo loco,  
vel tam altè, ut perdat suam libertatem vel  
lumen. Convenitque hæc potestas interdum  
ex natura rei, aut lege divina positi-  
va, ut facultas sustentandi vitam, contra-  
hendi matrimonium, percipiendi Sacra-  
menta

menta Ecclesiae &c. interdum autem oritur à legibus humanis, ut jus ad hereditates obtinendas &c. Et de jure sic sumptum (prout ordinariè sumitur) in sequentibus agitur, ubi de dominio & aliis speciebus illius.

6. Discutitur vulgata descriptio Iuris, ipsius uberiorius declaratur.

Notandum verò in præfata juris descriptione, est vulgata apud Lessium, Wiggers, Castro Palao & alios, contra regulas bonæ descriptionis poni injuriam, æquè ignotam; quæ non sine vitioso circulo postea definitur, juris alieni violatio. Ut proinde videatur in rigore omittenda, sitque facilius plerumque jura cum injuriis in speciali dignoscere, quam generalem juris rationem assignare. Potestas itaque, quam jus importat, & per quam distinguitur à quavis alia facultate, debet intelligi peculiaris, cujus nimirum realis violatio constituit inæqualitatem restitutione reparandam. Quando autem id fiat, ex legibus, Doctoribus, & præsertim puro dictamine rationis naturalis est colligendum. Supponit verò potestas ista specialem connexionem subiecti cum objecto potestatis, ut hoc propterea censeatur quodammodo suum, suisque commotis servire debeat. Propter quod etiam potest hujusmodi de objecto immediato juris disponere, eoque rationabiliter invito, nemo alius. Qui insuper stringitur isti potestati non obviare, non præcisè quia sequeretur violatio virtutis, v.g. charitatis &c. sed quia hoc exigit per se ipsa potestas. Vi cujus competit quoque actio alterum compellendi, etiam independenter à potestate regitiva (qualis est in superioribus vel parentibus, qui eatenus compellere possunt subiectos, uti ad obediendum, sic & ad alios bonos mores, & eatenus ad præstandum superioribus, parentibus, uti & aliis honorem) quæ præterea respicit, non tam commodum regentium, quam bonum ipsorum subiectorum vel communitatis: secus est de potestate dominicali in seivum; de quo tamquam suo dominus ad propria commoda disponit.

7. Quodnam sit objectum formale iustitiae.

Quodnam materia.

Qui respiciatur specialis honestas in objecto iustitiae.

Ex dictis colligitur I. Objectum formale iustitiae esse, ut primo modo sumptum, seu potius honestatem, quæ relucet in servanda æqualitate debita. Iustitia enim ex propria sua ratione inclinatur in hoc, ut quod iustum est, fiat, seu ut æquale juri sive potestati alterius, adeoque debitum alteri ad æqualitatem tribuatur; idque quia debitum est, ratioque particularis honestatis id exigit. Quod debitum ulterius fundatur in jure alterius; huic enim debetur quidpiam, eo quod jus ad hoc habeat. Objectum autem materiae sunt actiones, quibus hujusmodi debita æquales ponitur, v.g. solutio pretii, redditio mutui &c.: harum autem actionum objectum seu materia sunt reatum & mediatum objectum iustitiae.

In hoc ipso porro est specialis & ab aliis distincta honestas, adeoque virtus specialis: consentaneum enim est rationi, ac

Herincx Sum. Theol. Pars III.

laude dignum tribuere, quod jure alteri debemus, oppositumque est planè rationi dissonum, neque in aliis virtutibus eadem, sed diversa consonantia cum ratione reperitur.

Colligitur II. hanc virtutem esse ad alterum, ut satis patet. Unde sibi ipsi nil quicquam debet proprio aut stricto jure; neque actum iustitiae erga seipsum proprie exercere quis potest: honestas namque iustitiae consistit in hoc, quod quis det alteri id, quod ipsemet debet. Quamvis desiderare aut consulere alteri, ut debitum solvat, & jus cuique adeoque mihi tribuat, ob honestatem iustitiae, potest reduci ad iustitiam, & ab eodem habitu procedere; prout ex sententia Scotti (de qua Tract. de Deo disp. 7. q. 7. num. 55.) castitas secundariò inclinatur, ut etiam alius in se medium castitatis servet.

Pro hinc notandum iustitiam versari circa actiones peculiariori ratione, quam fortitudo & temperantia: non enim, uti hæc, curat principaliter, ne nimium timeamus, irascamur, concupiscantias tantis sequamur &c. sed ut statuatur aut servetur æqualitas debita. Quod si prædictæ passiones hoc impediunt (prout interdum passiones gulae & similes sunt occasio, ne debita solvantur &c.) sunt tollendæ, partim præsidio virtutum correspondentium, partim per accidens & secundariò per ipsam iustitiam, quæ ex proprio motivo intendens servare æqualitatem, vult consequenter media ad id necessaria seu opportuna, adeoque moderationem passionis impediens æqualitatem intendit.

8. Nemo sibi ex iustitia proprio quidquam debet.

Quid censendum de desiderio honestæ iustitiae.

9. Versatur circa actiones potius, quam temperantia & fortitudo. Quæ versatur circa passiones.

QUESTIO II.

De Divisionibus Iustitiae & Iuris.

C ELEBERRIMA iustitiae divisio est in Commutativam & Distributivam. Quæ membra plerumque solent ita explicari, ut Commutativa respiciat æqualitatem rei ad rem seu dati & accepti, in commutationibus (unde commutativa nomen accipit) adeoque ordinet unum privatum ad alterum; distributiva verò respiciat onera & bona communia inter partes ejusdem communitatis distribuenda à Republica vel ejus rectore juxta quorùlibet qualitatem, adeoque spectat à proportionem eorumdem quoad paupertatem, divitias, vires, doctrinam, merita &c. ac proinde ordinet rempublicam, seu ejus rectores ut sic, ad privatos.

10. Divisio Iustitiae in Commutativam & Distributivam qui ordinatur explicatur.

Unde communiter dicitur iustitiam commutativam respicere proportionem arithmetice, in hoc consistentem, quod quantum acceptum est, tantum detur, v.g. si centum mutuo data, centum reddantur, non consideratà dignitate aut diversâ qualitate personarum. Iustitia verò Distributiva

11. Ista proportionem arithmetice, hæc geometrice servet.

tiva respicere dicitur proportionem Geometricam, quæ est similitudo inter ipsas proportionem; ita sit qualis est proportio inter paupertatem, divitias, merita &c. personarum inter se ab una parte, talis sit proportio inter bona, officia &c. illis conferenda ex alia parte. Unde hæc forma servatur, si quædam bona distribuendo inter cives pauperes, uni detur plus, alteri minus, pro qualitate paupertatis: si distribuendo officia, capacioribus, & magis meritis majora distribuuntur, aut hi aliis præferantur. Quare sicut arithmetica spectat, quis numerus alteri ex æquo respondeat, sic iustitia commutativa, quod alteri ad æqualitatem præstandum. Sicut autem attendit Geometria proportionum inter se similitudinem, ut quæ est v. g. proportio inter duas bases, eadem sit inter duas columnas; sic distributiva iustitia facit, ut quæ est proportio inter personas, eadem sit inter onera & bona communia.

12. *Distributiva non semper versatur circa plures personas.*  
Nihilominus Iustitia distributiva non necessario semper respicit plures personas: etsi enim vacet unicum commune bonum v. g. beneficium, quod non est divisibile, adhuc circa illud uni conferendum versatur iustitia distributiva; quantumvis non sit alius competitor. Quamvis tunc eatenus in radice locum habeat prædicta proportio, ut si plures concurrerent, dignior esset præferendus.

13. *Quædam virtutes observant in æquum proportionem Geometricam.*  
Præterea observantia istius proportionis Geometricæ quando bona pluribus sunt distribuenda, non est peculiare munus iustitiæ, sed in omni virtutum materia locum habere potest: nam & amicitia inter amicos, & observantia inter dignitate præditos, & pietas inter patriam & sanguine junctos, & misericordia, liberalitas, magnificentia, gratitudo inter beneficiarios, & veritas inter eos, quibus loquimur, & iustitia legalis inter communitates, quibus instar partium obligamur, & commutativa inter creditores, quibus ratione accepti obstringimur, ac denique vindicativa inter eos, quos puniendi jus obtinemus, proportionem attendere potest; & quantum unus alium iure amicitie dignitatis, cognationis, beneficii recipiendi, inveniendæ & sciendæ veritatis, connexionis inter totum politicum & partem, commutationis dati & accepti, aut delicti reatu excedit, tanto plus reciproci amoris, honoris, reverentiæ, beneficii, scientiæ veritatis, civiæ fidelitatis, dati pro accepto impendatur, aut tanto plus poenæ pro delicto infligatur.

14. *Idemque, specialim in ipsa iustitia commutativa declaratur.*  
Quod in iustitia commutativa declaratur exemplo: si enim testator relinquat aliqua bona, lex v. g. determinatis pauperibus, pro rata paupertatis distribuenda, tenetur ex iustitia commutativa plus pauperioribus quam aliis cum proportionem Geometrica dare. Si creditor nequeat omnibus creditoribus satisfacere, debet singulis ali-

quid pro rata dare, sic ut cum proportione geometrica plus accipiant, quibus plus debetur. Manet itaque observantiam hujus proportionis non esse propriam iustitiæ, nec materiam speciei virtutis, etsi in iustitia distributiva potissimum locum habeat.

Unde honestas propria iustitiæ distributivæ sita est in hoc, quod dignum sit ac debitum, ut qui reipublicæ curam habet, bona communia pro qualitate & capacitate ac meritis concivium distribuat. Verum hoc debitum non est strictum seu juris respectu ipsorum civium. Ideoque si dignior non præferatur minus digno, non tenetur collator officii ad restitutionem, sive ipsi digniori, sive etiam rei publicæ, cui stricto juris debito non se obligasse videtur, quantum ad omnia utiliora, sed tantum ad necessaria pro communis boni conservatione procuranda. Si autem planè indignis bona hujusmodi distribuatur, tenetur quidem ad damnorum reparationem respectu communitatis, & consequenter peccat contra iustitiam commutativam respectu ejusdem, quatenus agit contra servitium ex iustitia communitati, à qua stipendium accipit, præstandum. Attamen quatenus præcisè ipsius velut capitis & præcipui membri communitatis est bonum commune in alia membra influere, & non servat ordinem & proportionem, agit juxta *Smising Tract. 3. de Deo disp. 4. num. 75.* contra iustitiam legalem (de qua statim) quæ sicut membra communitatis obligat & ordinat ad sua bona privata referenda in bonum commune, sic rectorem ad bona communia distribuenda membris communitatis.

Unde iustitia distributiva quatenus distincta à commutativa non est strictè dicta, sed tantum analogicè iustitia. Ita cum ait solidè & doctè *Smising sup. num. 72. & sequens Buridanum 7. Ethic. q. 7.* & probans non esse contra mentem Antiquorum, signanter *D. Thomas & Scoti.* Ac proinde iustitia commutativa sola est propriè dicta & specialis iustitia, utpote sola respiciens strictum jus ad æqualitatem dandum, in quavis materia velicetur, & sive inter privatos, sive inter privatam & personam publicam seu rectorem communitatis: quæ differentia per accidens se habet.

17. *Quid legitime Legale.*  
Solet hic præterea agi de Iustitia Legali: quæ & generalis dicitur; Estque juxta *D. Thom. q. 58. art. 5.* virtus, quæ membra reipublicæ inclinatur ad curandum bonum totius. Quamvis hoc nomine videatur *Aristoteles 5. Ethic.* intellexisse complexionem omnium virtutum, quibus conspiciam legibus obtemperat, addens de ea in Proverbio dici, *Iustitia in se virtutes complectitur omnes.* Quem tamen *D. Thomas sup. art. 6.* explicat de continentia virtuali, quatenus iustitia legalis omnem virtutem ad bonum commune ordinat, & in eum finem actus aliarum virtutum imperare potest.

Iustitia



Qui distin-  
guatur a  
justitia stri-  
ctè dicta.

Justitia porro legibus distinguitur à ju-  
stitia strictè dicta, utpote non respiciens  
strictum debitum, ad aequalitatem, nec ob-  
ligans (si violetur) ad restitutionem. Quod  
si obligatio hæc addit, erit ipsius justitiæ  
commutativæ, quæ v.g. obligantur privati  
non auferre bona spectantia ad communi-  
tatem.

18.  
Qui a pie-  
tate,

Distinguitur à pietate, quod hæc incli-  
net ad reddendum vices patriæ tamquam  
secundario parenti (de pietate enim, quæ  
redduntur vices parentibus non potest esse  
quæstio) quia nos aliquo modo genuit,  
aluit &c., et si de facto simus alteri rei publi-  
cæ incorporati. Justitia autem legalis præ-  
cisè spectat, quod simus membrum poli-  
ticum reipublicæ, sive in ea simus nati, si-  
ve non. Quare dum in alteram rem publi-  
cam quis est adscriptus, non obligatur legi-  
bus patriæ quoad personam (quoad bona  
ibi sita, potest habere aliquam subjectionem)  
adeoque ei non colligatur tamquam  
pars politica; & tamen semper manet ei  
unitus tamquam principio ortus sui.

19.  
Qui ab  
obediencia.

Ab obedientia distinguitur, quod hæc  
fit inferioris ad superiorem quæ talem. Se-  
cus est de justitia legali, quæ aliàs non esset  
in Principe, in quo tamen dicitur esse prin-  
cipaliter: sed est partis ad totum seu uni-  
versum corpus, ob quod universalis dicitur.  
Ex hac tamen obligatione justitiæ le-  
galis (quæ juxta *Smising sup. q. 4.* est specia-  
lis quædam fidelitas, unitiva plurium in  
unum corpus, seu unam societatem, dicitur-  
que ab ipso fidelitas socialis) oritur in par-  
tibus minus principalibus obligatio obe-  
dientiæ ad partem principalem, seu caput  
corporis politici; ut notat *Smising sup.*  
*num. 43.*

Justitia  
vindicativa  
non est stri-  
ctè dicta  
justitia.

Prædictis Justitiæ speciebus accenseri  
solet justitia vindicativa: quam constat non  
esse similiter justitiam strictè dictam, nisi  
quatenus vindicationi potest immisceri ju-  
stitia commutativa. Quare etiam inter partes  
potentiales justitiæ recenseri solet, de qui-  
bus postea agetur. Videri potest *Smising*  
*Tract. 3. de Deo disp. 4. m. 77. & 78.*

20.  
Jus aliud  
ad rem,  
aliud in re.

Jus, sive potestas legitima, dividitur in  
jus ad rem, & jus in re. Quæ divisione uti-  
tur Pontifex *Clem. unic. circa finem, de Se-  
quest. Possess.* Jus ad rem dicitur, quo ipsa  
res pondum est affecta seu obligata. Quod  
proinde potest esse circa rem nondum exi-  
stentem, fructus in fundo proprio nascitu-  
ros. Estque jus obrinendi jus in re, solum-  
que tribuit actionem personalem, seu in  
personâ, ut tibi procuret rem ad quam habes  
jus. Tale jus est, quod competit alicui  
per electionem, prædicationem ad aliquod  
beneficium; collationem ante acceptatio-  
nem, emptionem, donationem, stipulatio-  
nem &c. ante traditionem.

21.  
Posterior  
explicatur

Jus in re est, quod rem sibi devinctam  
seu obligatam habet. Unde non est nisi ad  
rem existentem; & tribuit actionem rea-

lem, seu in ipsam rem, quæ nimirum tran-  
sit cum onere, quo est affecta, sic ut judiciali-  
ter peti possit à quovis possessore *L. Offi-  
cium §. ff. de rei vindicatione.* Potestque hoc  
jure præditus de re (quatenus est juris ip-  
sius) disponente, nec alius potest dispositio-  
nem impedire; nisi per accidens, quando  
v.g. foret dispositio noxia disponenti vel  
alteri. Tale est jus, quod quis habet ad rem  
per emptionem, aliosque similes contra-  
ctus, secutâ traditione, ad beneficium per  
collationem secutâ acceptatione; ad heredi-  
tatem per testamentum aut successorem  
ab intestato, secutâ acceptatione seu tradi-  
tione hereditatis. Quare patet hoc jus esse  
firmius jure ad rem, & hoc facilius amitti,  
ut observat *Wiggers c. 3. dub. 2. num. 5.* ci-  
tans *Glossam in Clem. unic. de Clericis conju-  
gatis.* Sed non est hic titulus inter Clemen-  
tinas. Rectius citari potuisset *Gloss. in c. uno  
h. tit. in 6.* Potestque jus in re acquiri non  
obstante jure alterius ad rem; prout con-  
tingit, dum equus duobus venditus, poste-  
riori emptori (qui sit dominus) traditur; re-  
lictâ priori emptori solâ actione personali  
damni in venditorem (ut patet *L. Quoties  
15. Cod. de rei vindicatione*) quæ dicitur con-  
dictio, uti actio in rem vocatur vindicatio  
*l. 4. Inst. Tit. 4. de Actionibus §. Appella-  
mus.*

cum suis  
effectibus.

Juris in re variae sunt species, scilicet  
Dominium, Ususfructus, Usus, Habitatio,  
jus pignoris &c. De quibus in sequenti-  
bus.

Quæ spe-  
cies juris  
in re.

### QUESTIO III.

#### De Variis Speciebus Juris.

##### §. I.

##### De Dominio.

**D**OMINIUM juxta communem appre-  
hensionem habere censetur, qui ali-  
quid habet de quo jure proprio seu citra  
alterius commissionem disponente, quodve  
gubernare pro nutu possit; quod proinde  
ideo ipsius esse censetur. Prout Deus habet  
perfectissimum, & inabdicabile omnium  
creaturarum dominium; de quibus conse-  
quenter ad nutum disponente potest.

22.  
Quid do-  
minium in  
generalis.

Dominium aliud dicitur Jurisdictionis,  
estque potestas gubernandi suos subditos;  
quos nimirum quis gubernat, ut suos. Quo  
excluduntur satrapæ, gubernatores, prore-  
ges, & similes, qui ex alterius (qui dominus,  
princeps aut rex est) commissione regunt.  
Quæ hoc dominium concernunt, in *Tract.  
de Legibus* discussa sunt. Aliud dominium  
est proprietatis (de quo hic sermo) jus ni-  
mirum seu potestas disponenti de re tam-  
quam sua, adeoque in proprium commo-  
dum. Quare inter hoc & dominium jurif-  
dictio-

Quid do-  
minium ju-  
risdictionis

Quid pro-  
prietatis, de  
quo hic.

Quod in  
rer ipsum  
& alterum  
discrimen.

dictionis est discrimen, quod posterius respiciat personas, prius vero potissimum res, aut personas non liberis, quas dominus proinde possidet veluti res (ut patet in mancipiis) eis utendo in suum commodum; cum tamen dominium jurisdictionis respiciat potius commodum subiectorum.

23.  
Aliud est  
perfectum,  
aliud im-  
perfectum.  
Hoc aliud  
directum,  
aliud utile.

Dominium proprietatis, aliud est perfectum, quod tam rei proprietatem, quam emolumenta importat: aliud imperfectum, quod vel solum dicit proprietatem (diciturque dominium directum) vel sola emolumenta (diciturque dominium utile) verbis facilius traditionis gratia confectis, ad instar actionis directæ & utilis, ut citato *Duareno*, ait *Zoetus in Instit. l. 2. tit. 1. unum. 2.*

24.  
Quid do-  
minium  
perfectum.

Dominium perfectum (quod est potissima species juris in re) definitur à *Zoetio supra*. Legitima potestas de re liberè disponendi, nisi vi aut jure quis impediatur. Vulgata autem ejus definitio in re cum præcedenti coincidens, est: Jus in re extendens se ad omnem ejus usum & dispositionem, nisi lege prohibeatur. Ad rationem enim pleni & perfecti domini pertinet, ut quis possit pro arbitrio re suâ uti, eam servando, donando, vendendo, destruendo &c.

Qua res  
corporales  
quæ incor-  
porales.

Nec est necesse hinc cum quibusdam Juristis adhibere distinctionem inter res corporales (quales sunt quæ tangi possunt veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & aliæ res innumerabiles, ut habetur *Instit. De rebus corporal. & incorporal. & l. 1. ff. de divisione rerum*) & incorporales: quales sunt, quæ tangi non possunt, ut hereditas, usufructus, obligationes quoquomodo contractæ, servitutes, & similia jura, ut habetur locis citatis. Nam & censuum, usufructus ceterarumque servitutû (quæ & vendi possunt) dicitur esse possessio ac dominium, & generatim omnis rei, quæ nostra est: est autem res incorporalis in bonis nostris ideoque Imperator *l. 2. Instit. cum regisset de acquirendo dominio rerum corporalium*, subjicit de incorporalium, inquit *Zoetus in ff. de acquir. rer. dom. n. 2.* Id tamen ad quæstionem de voce spectat: in qua perinde, si ve dominio, si ve quasi dominio (quæ vox æbus magis incorporalibus, ut officiis & beneficiis aptius quadrat, ut quidam volunt) prædicta possideri dicantur.

25.  
Lege potest  
usus aliquis  
dominii im-  
pediri, v. g.  
in pupillo,  
bonis vin-  
culatis, sal-  
vâ perfectio-  
ne domini.

Quamvis autem dominium sit naturâ suâ potestas extendens se ad omnem dispositionem, quantum est de se, potest tamen lege impediri, ne in aliquos actus exeat: sicut non diminuatâ potentiâ ambulandi, potest eadem impediri, ne in actum exeat, pedibus v. g. ligatis; quo tamen impedimento sublato manet expedita præcedens potentia absque accessu novæ. Pari itaque modo pupillus v. g. prohibetur res suas alienare

rigore ad debitum ætatis tempus, cum tamen sit interim verus Dominus omnium juxta Apostolum *ad Gal. 4.* Item majoratus, fideicommissa, familiæ bona, quæ vinculata dicuntur, possideri censentur perfecto dominio, & tamen legibus sic statutibus non possunt domini ea validè alienare. Quod quidem leges statuerunt, ne pupillus v. g. facile circumveniretur aut sua dissiparet, ne familiæ illustres deficerent, aut ob similes rationes. Hæc equidem inhibitiō non tollit jus perfectum in re, sed alicui usui, vel aliquo tempore obstructum ponit; quo cessante per lapsum temporis vel aliter expedita manet potestas alienandi citra collationem novi juris. Quemadmodum etiam posset domino per mandatum personale interdici rei alienatio; cujus nihilominus manet Dominus, ut prius. Sicut prodigus, qui per legem interdicitur alienatio si ve administratio, manet dominus. Accedit, quod nemo alius sit hujusmodi bonorum ligatorum dominus, prout tamen in feudis & Emphyteusi præter dominum utilem datur directus complentes perfectum dominium? Unde vel non habent dominium perfectum, vel ille est dominus, de quo est sermo.

Putat tamen *Lugo disp. 2. n. 6.* & alii, Opin. La. quod si plena dispositio seu alienatio bonorum planè impediatur per totam vitam possidentis, saltem si id fiat ob utilitatem successorum (ut fit in fidei-commissis & similibus) rectè posse dici plenum istorum dominium non esse in uno aliquo, sed in rigore spectare ad familiam, seu simul ad omnes, quibus ea bona sunt vinculata; qui ceteri possunt persona ficta.

Dominium perfectum quantum ad objectum, seu plenam dispositionem de re, interdum est parziale ex parte subiecti, quale est plurimum heredum in hereditate dividiva: interdum etiam est totale ex parte subiecti, & solet dici in solidum.

Transfertur (si de prima acquisitione rerum sub nullius dominio existentium agatur, requiritur apprehensio, quam prius adhibens sit dominus) dominium ab uno in alterum, accedente ad titulum traditione: utrumque enim regulariter requiritur, nec alterutrum sufficit; ut patet *L. Traditionibus 20. Cod. de part. Et L. Numquam ff. de acquir. rerum dom.* Titulus quidem fundat jus, estque radix illius, puta emptio, donatio &c. At solum tribuit jus ad rem sine traditione, non quod hæc ex natura rei requiratur, sed quia leges eam ordinariè requirunt ad vitandam incertitudinem dominiorum, litium seminarium: traditio enim solet evidentius posse probari, quam nuda pacta, vel tituli, adeoque facit magis constare de translatione domini. Unde Princeps, qui supra leges est, posset absque traditione velle transferre dominium per donationem aut simile pactum. De factio etiam

etiam nonnulli casibus traditio non requiritur. Sic enim sine ea in beneficiis sufficit collatio & acceptatio, c. Si tibi absenti, de Prebendis in 6. In hereditate per testamentum vel ab intestato obviente sufficit, ut adeatur hereditas; quod fit, dum verbo vel facto acceptatur, quo facto, etiam legatarius fit mox dominus sui legati. In donatione ad pias causas similiter non requiritur traditio; prout hæc & alia ex jure colligit Lessius l. 2. c. 3. sub. 3. n. 16.

§. II.

De Usufructu.

28. Quid ususfructus.

Ususfructus (ut habetur Instit. de Usufructu) est jus alienis rebus utendi, fruendi, salva rerum substantia. Quare non solum usum rei ad propriam commoditatem seu necessitatem involvit, sed etiam jus fruendi, id est, fructus ex re percipiendi, de iisque disponendi etiam ad proprium questum seu utilitatem.

Quid nomine usufructus censetur.

Fructuum autem nomine censetur, quidquid ex re nascitur & percipitur, iterumque renascitur, ut percipiatur. Prout in homine sunt operæ, L. hominis ff. de operis servorum. Idem est de jumentis. In grege, lana, pilus, lac, ferus: in fundo scenura, setes, virgulta, & arbores seu silvæ cæduæ, quæ scilicet succidi & renasci solent (ut patet L. Silva 30. ff. de Verb. Signific.) adeoque annis consuetis cædi & vendi ab usufructuario possunt L. 9. ff. de Usufructu & quemadm.

29. Arbores fructifera non computantur in fructu.

Arbores fructifera non computantur in fructu; sed nec generatim omnes infructifera, quæ tantum ad opera fabrilia destinantur. Grandiores etiam cædere non potest usufructuarius; ut colligitur ex L. 11. c. 19. ff. de Usufructu & quemadm. & in Belgio judicatum refert Christianus apud Zypaum Tit. de Usufructu, & commendant Consuetudines Lovanienles & Antverpienles apud Valerium Aneam id addit.

Quid censendum de infructifera grandioribus.

ad Zoëzium in Instit. de Usufructu n. 1. De mortuas tamen accipit usufructuarius, & novas substituit; non vi ventorum ejectas, quæ cedunt proprietario. Aufert tamen ille si aliunde ligna non suppetant, quantum sufficiat usui villæ, servato semper priori usu patris familias. Quædam etiam silvæ sic habentur, ut non sint regulariter cæduæ, sed quot annis majores aliquot arbores; circa quas fructuarius poterit servare modum consuetum juxta Zypaum supra, qui addit Beneficiarios quoque instar fructuarius grandes arbores succidere non posse: si tamen sine accretione inutiliter senescerent, succisione subducendas esse periculis bellicis aliisque casibus, pretio in utilitatem Ecclesiæ, non in usum Beneficiarium converso.

Quid sit at Beneficia via quoad hoc.

Ad fundi fructus spectant etiam redditus aucupiorum, venaticum & piscationum L. 9. ff. de Usufructu & quemadm.

Denique sunt fructus, qui dicuntur civiles, uti pensiones reddituum, ædium, navium aliarumque rerum locatarum. Generaliter igitur omnis fructus rei ad eum, usufructuarius, pertinet, l. 7. ff. eod.

Porro usufructuarius hoc ipso quo fructus naturales colligit seu percipit (quod fit, dum eos solo separat L. 13. in princip. ff. Quibus modis usufructus. & c. Videri potest Zoëzium in D. Tit. n. 14.) fit eorum dominus, colque transmittit ad heredes; aliàs etsi maturi sint, eo moriente, aut finito tempore usufructus, cedunt proprietario fundi; cui adhuc adherentes censentur cum eo quid unum. Ita habetur Instit. de rerum divis. §. 36. l. 1. c. 1. Quamvis heres expensas insumptas possit juxta Pecknum l. 5. de Testam. conjugum c. 24. in fine. repetere à proprietario. In pensione civili v. g. mercede operarum locatarum servi, pro rata temporis fit divisio L. 25. & 26. ff. de Usufructu & quemadm. Quod circa fructus beneficiorum tamquam præmia servitii præstiti etiam faciendum censet Zypaus supra allegans decretum Synodi Antverpiensis 1609. Tit. 18. c. ult.

30. Fructuarius est dominus fructuum hoc ipso, quo colligit; non adhuc pendonium.

Quia verò requiritur, ut salva maneat substantia rei, idcirco usufructus non constituitur proprie in rebus usu consumptibilibus. Instit. de Usufructu, neque potest res à fructuario destrui, sed debet ab eo instar patrisfamilias conservari. Immo requiritur præstatio cautionis idoneæ hac de re Instit. de Usufructu, si nimirum exigatur. Eam tamen dominus seu heres potest remittere: tamen si testatorem non posse relinquere usufructum cum conditione, ne heres exigat cautionem ab usufructuario, tradat Zoëzium in D. Tit. Instit. n. 9.

31. Usufructus proprie in rebus usu non consumptibilibus constituitur. Quis requiratur cautio.

Unde usufructuarius tenetur domum aequaliter reparare, gregem, vineam, pomarium &c. (quæ censentur quid perpetuum) substituendo alia in locum animalis, vitis, aut arboris emortuæ vel inutilis redditæ servare; sic ut quod substitutum est, fiat statim proprietarii, alterum verò fructuarii. Si tempestate, aut simili casu fortuito, grex ejulve magna pars, domus &c. pereat, nihil substituendum est. Idem est, si usufructus sit unius v. g. animalis, aut singulorum capitum, & citra fructuarii culpam pereant: nam substitutio hujusmodi non censetur habere longam durationem. Quæ omnia jure statuta sunt.

32. Ad que in super fructuarius tenentur.

Acquiritur usufructus, sive ex lege, prout competit patri in peculium adventitium filii, sive ex testamento, donatione, aliave pactione.

Quibus modis acquiratur usufructus.

Amittitur usufructus primò morte usufructuarii, sive naturali, sive civili; quæ jure saltem communi, non habet locum, quantum ad hunc effectum, in professione religio-

33. Quibus modis amittatur.

Non extinguitur per professionem religiosam.

religiosa; adeo ut usufructus non censetur extinctus, sed ad profecti vitam cedat monasterio capaci successione; non proprietario, juxta Glossam, Bartolum & communem, ut refert & sequitur Navarrus Comment. 2. de Regular. n. 38. Secundo amittitur cessione domino facta; qui modus dicitur consolidatio, veluti solidans dominium accessione usufructus. Tertio cessat, si proprietate detur fructuario. Quarto si res pereant. Quinto lapsu temporis, pro quo concessus erat, aut cessante conditione, quae erat adjecta. Sexto praescriptione bonae fidei. Videri possunt Juris consulti in Instit. Tit. de Usufruct. & in ff. Quibus modis Usufruct. L. si in c. 3. dub. 5.

vicio communi non suffiadeoque persona personae alienae subijcitur. Si autem servitus à re aliena debeatur immediate personae, dicitur mixta: qualis est usufructus, usus, habitatio: quae etiam saepe à Juristis servitutes personales simpliciter vocantur, tamquam immediate personam respicientes. Earum servitutum causa, non secus quam realium, competunt in rem actiones (quae vocantur confessoriae, eisque oppositae dicuntur negatoriae.) Instit. de Action. §. 3. Aque si agat.

Alia Mixta, quae est simpliciter Personales vocantur.

§. III.

De Usu, Habitatione, Servitutibus, Pignore & Hypotheca.

34. Quis usus, & qui differat ab usufructu.

U Sus communiter Doctoribus definitur jus utendi rebus alienis, salva earum substantia, differt ab usufructu, quod in hoc sit plus juris, ut traditur Instit. de Usu & Habitat. Nam usufructus non potest fructus percipere, adeoque non potest (quod alioquin ad fructum seu fructus spectaret) se re questum facere, eamve alteri vendere, locare, gratis concedere, sed tantum re uti ad suam suorumque necessitatem. Unde usum v. g. aedium habens, ipse tantum habitare potest, non exclusam tamen conjuge, liberis, familia. Iisdem vero modis, quibus usufructus, constituitur & finitur usus. Vide plura, quae habentur Instit. de Usu & Habitat.

Amittitur si idem modis quibus usufructus.

35. Et affinis habitatio quid.

Usui valde affinis est habitatio, adeo ut Veteres aliqui esse usum voluerint, donec L. cum antiquitas 13. Cod. de Usufructu aliud fuit declaratum. Habitatio itaque est jus habitandi in aedibus alienis, salva earum substantia. Est usu & usufructu strictior, cum tantum versetur circa aedes; in hoc tamen usu ipso largior, quod habitacionem obtinenti hodie liceat non solum aedes ipsam inhabitare, sed etiam aliis eocare instar usufructuarii L. cit.

In quo ab usu differat.

36. Quid servitutium nomine generatim intelligatur.

Servitus generatim est subjectio, qua res aliena tibi tuique rebus servire cōstringitur. Servire enim rem dicimus, quoties Dominus in ea aliquid pati vel non facere cogitur causa commodi alterius L. Quoties 15. ff. de Servitutibus. Unde obligatio, qua mancipium domino suo obsequi tenetur, non est servitus propria: Dominus enim utitur eo tamquam re sua. Sicut etiam non dicitur servitus, usufructus, quem dominus ex proprio praedio percipit. Si quis autem ex contractu vel ultima voluntate obligetur alteri cedere quadam obsequia à proprio mancipio praestanda, erit servitus mese personalis, qua mancipium ser-

Alia meye Personales.

Servitutes denique quibus res serviunt immediate rebus, mediate solum personis, dicuntur reales, vel stylo juris servitutes praediorum, & censentur simpliciter nomine generico servitutum, eo videlicet ad speciem contracto. Unde Instit. de Usu & Habitat. fusc servitutes contra usufructum, usum & habitationem distinguuntur. Describitur communiter post Bartolum in L. 1. ff. de Servitut. hujusmodi servitus jus quoddam praedio inherens, utilitatem ejus adaugens, & alterius libertatem diminuens. Quam definitionem fusc defendit Zoer. in l. 8. Digest. Tit. 1.

37. Alia Reales seu Praedia, quae sunt, quae simpliciter servitutes vocantur.

Dividitur haec servitus ratione diversitatis praediorum, quibus debetur, in Urbanam & Rusticam. Praedium urbanum in jure vocatur omne habitaculum, etiam in villa situm, & hortus annexus causa amoenitatis. Rusticum, quodvis aliud, ut horreum, stabulum, ager. Servitutes igitur Urbanae sunt, v. g. ut aedes tuae non possint altius atollari, ne officiant vicini luminibus, ut in parietem tuum possit immitti tignum, veluti trabs, aut quid hujusmodi, à vicino. Rusticae, ut liceat tibi per fundum alterius ire ad tuum, vel jumentum agere, vel aquam ducere, & similia: quae optimè explicantur Instit. de Servitut. Et Lib. 8. Digest. Tit. 1. 2. 3. 4. qui sunt de Servitutibus. Videri etiam possunt Jurisperiti in D. Tit.

38. Ex his aliis sunt Urbanae, quae Rusticae, quales singulorum serviunt.

Extinguitur servitus confusione, si scilicet utriusque praedii idem fiat dominus: quia res sic nemini servit. Item lapsu temporis vel conditionis adjectae. Praeterea longo non usu: sic tamen ut in praediis urbanis praerquiratur contrarium factum domino fundi servientis L. Haec autem 6. & L. Servitus 30. ff. de Servitut. Praed. Urban.

Quae praedia Urbana, quae Rustica, quales singulorum serviunt.

Inter juris species etiam statui solet hypotheca seu pignus. Quae nomina saepe confunduntur: etiam interdum & proprie distinguantur (sic tamen, ut nil interest quantum ad actionem hypothecariam) ut pignus sit rei mobilis à pugno dictum, quod res manu vel in manum tradatur, hypotheca vero rei immobilis, quae nuda conventionione obligatur creditori. Quamvis haec differentia non sit perpetua: cum etiam ex nuda conventionione pignus constituatur L. Si igitur 1. ff. de pignorat. act. Et L. Justo 44. §. Non mutat ff. de Vsupat. & Vsupat. id. que cum actione hypothecaria contra quemli-

39. Quid pignus, quod Hypotheca.

Quomodo corretur.

quemlibet possessorem, L. Si iud. 1. §. De pignore ff. de pactis. & alii apud Valerium Andream lib. 4. Instit. Tit. 6. in Addit. ad Zoetium num. 29.

40. Et quidem plerumque sp̄a res, quæ in hypothecam vel pignus datur, interdum etiam jus inde resultans hoc nomine vocatur, quod jus hypothecæ vel pignoris dicitur, de quo in præsentī. Estque omnium jurium, quæ in rebus habentur, minimum, utpote nullum usum creditori præstans, sed facultatem tenēdi, ut sit ei melius cautum, & si ei non satisfiat, rem distrahendū; juxta Regulam 25. ff. de Reg. juris: *Plurimatio in re est, quam in persona.* Quare jus pignoris seu hypothecæ est in creditore jus detinendi rem aliquam in securitatem debiti, & si debitor non solvat, inde accipiendi solutionem. Afficitur ita rem, ut detur eo nomine in alterum actio hypothecaria (quæ nil est, nisi quædam pignoris vindictio) adeoque creditor illam habens sit potior aliis creditoribus in rebus ad pignus vel hypothecam datis. Quamvis jure Codicis Authent. *Hoc si c. de pignoribus, & Novellæ 4. c. 2.* creditor adversus extraneum possessorem rerum pignori obligatarum nequeat actionem hypothecariam intentare, nisi prius excusso debitore principali & fidejussore. Moribus quoque nostris (ut ex *Cujacio & Antonio Fabro* allegat *Valerius Andreas sup.*) sine traditōe non datur actio hypothecaria circa mobilia; & tunc quidem adversus debitorem tantum.

Quale sit jus Pignoris seu Hypothecæ.

Quam a-busum partiat.

41. Hypotheca alia expressa, eaq; vel conventionalis, vel prætorias: alia Tacita.

Alia Generalis, alia Particularis.

42. Conventionalis in quibus bonis constitui solet.

bus malè tractari, v.g. occidi, mutilari, flagellari, sed tantum in servitutum redigi, si Christiani non sint, aut bonis spoliari, sicut alii innocentes in bello. Hypotheca legalis seu tacita diversimodè jure cæleste contrahitur. Consuetudines tamen locorum sæpè variant. Videri potest *Molina à disp. 528. usque 539. Lessius supra & dub. 7.*

S. IV.

An Usus possit separari à Dominio in rebus etiam uno actu consumptibilibus?

U Sus porro (de quo cum Jurisperitis mox egimus) est usus juris (ut patet) cujus velut objectum est usus facti, usurpatio scilicet actualis rei, puta domus, libri, equi &c. salvà ejus substantiâ. In rebus autem, quæ uno actu consumuntur, ut sunt esculenta & poculenta (idemque est de pecunia, cujus quæ talis usus est consumptio moralis, scilicet alienatio) usus actualis est ipse rei destructivus, diciturque stylo juris, signanter à Joanne XXII. *Extrao. Ad Conductorem Canonum, de Verb. Signif. rei abusus;* quod ad quæstionem de voce spectat: & usu vulgato etiam conformi canonibus, c. *Exiit, ad Verb. Signif. in 6. Clem. Exvi, de Verb. Signif. actualis consumptio cibi v.g. dicitur ejus usus, utpote applicatio rei ad suum finem.*

43. Præter usum juris datur usus facti.

Qui in rebus uno actu consumptibilibus est ipsa earum consumptio.

Qua dicitur abusus.

Reus ta-men est usus.

44. Sensus quæstionis.

Posse usum hujusmodi separari à dominio est communis doctrina.

De hujusmodi rerum usu quæritur, an possit distingui à Dominio. Potestque res uno actu consumptibilis considerari sive antequam consumatur, postquam est ad consumendum oblata; sive in ipsa actuali consumptione.

Est autem communis sententia Doctorum contra paucos antiquiores (quos sequitur *Arago & Sarmiento*) utrovis modo res consideretur, præse dominium separari à simplici usu facti, adeoque haberi & consumi illam licitè posse sine Dominio. Atque ita de facto contingit in ordine Fratrum Minorum de *Chervantia & Capucinorum.*

Quod patet in primis ex ipsa Regula (quæ veluti Apostolica, & à S. Spiritu inspirata, tot Apostolicæ Sedis oraculis est probata) c. 6. ubi dicitur: *Fratres nihil sibi appropriate, nec domum, nec locum, ne aliquam rem &c. Hæc est illa celsitudo altissima paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos heredes & reges regni colorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Hæc sit portio vestra &c. Ubi omni-proprietatis rei pro quovis tempore excluditur ex mente S. Institutoris.*

45. Probatur ex Regula S. Francisci.

Quam quidem mentem veluti sibi optimè perspectam habentes omnes ejus filii, ab initio usque modò Regulam hoc sensu constanter intellexerunt, ut censeatur omnis rei,

Sensus religionis, Ex-posterioribus Regule & Constitutionibus.

nis rei, etiam quomodolibet consumptibilis dominium penitus abdicari, tam in communi, quam in speciali. Quod proinde etiam expresserunt veteres antiqui (inter quos S. Bonaventura in c. 6. Regulae, Et in *Questionibus circa Regulam* q. 24. & alibi) & posteriores Regulae Expofitores: item variae Constitutiones generales Religionis per S. Sedem approbatæ; ac novissime per Urbanum VIII.

46. Eundem sensum inter alios expressit *Declaratio Gregorii IX. Nicolai III.* Gregorius IX. S. Francisco admodum familiaris, apud S. Bonaventuram *Apologia Pauperum Resp. 4. c. 2.* Nicolaus item III. c. Exiit. de Verb. Signif. in 6. ut mordacibus mordendi vias præcluderet, cum de sensu Regulae & mente S. Francisci (super quibus cum nonnullis sancti viri sociis frequenti collatione tractaverat, & de quibus longa experientia, postquam fuisset Ordinis protector & gubernator, informatus erat; uti præmittit) eundem passum Regulae declarans, dicit: *Porro cum ipsa Regula expresse contineat, quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sitq; declaratum per Gregorium IX. & nonnullos alios, hoc servare debere, tam in speciali, quam etiam in communi: quam sic arctam abdicacionem venenosæ obreccionibus aliquorum insensata damnaverit astutia: ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis sermonibus lacere-tur: dicimus, quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quam etiam in communi, propter Deum meritosa est & sancta &c. Quod magis adhuc explicans distinguit, (ultrapans ferè verba S. Bonaventurae supra) inter proprietatem, jus utendi, & simplicem facti usum, quo solo tamquam necessario eget vita mortalium, ceteris potens carere; ideoque nulla (inquit) potest esse professio, qua à se usum necessaria sustentationis excludit: Verum concedens fuit ei professio, qua sponte devovit Christum pauperem in tanta paupertate seclari, omnium sibi dicare dominium, & rerum sibi concessarum necessario usui fore contentam . . . qui, inquam, usus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti est tantum in utendo præbet contentibus, nihil iuris: quin immo necessariorum rerum tam ad vitam sustentationem, ut est esca & potus) quam ad officiorum sui status executionem (ut sunt libri &c.) moderatus usus (excepto pecunia: usu) concessus est fratribus; quibus rebus fratres licet uti possint, durante concedentis licentiâ. Proinde exemplo Prædecessorum suorum assumit in se & Ecclesiam Romanam, Ecclesias, & omnia alia, quorum usus licitus est fratribus, & dominium donans sibi non relevavit.*

47. Prædictis declarationibus per omnia resonat Clementina *Exiit, de Verb. Signif.* edita in Concilio generali Viennensi (in qua id ipsum expresse declaratur) & pluri-

morum aliorum Pontificum (apud Waddingum ad annum 1322.) sanctiones. Ut proinde contraditores, os seu calamus in tot S. Sedis oracula, in universam Religionem Minorum & Capucinatorum (quæ non est infima portio gregis domini) & quotquot in ea hæcenus fuerunt Sanctissimi pariter & Doctissimi ponere convincuntur.

Verum quidem est Joannem XXII. irritatum pravâ quorundam suggestionem, aut etiam quorundam animositate, contra Religionem S. Francisci (quam adeo impense fovet) editâ Extrav. *Ad Conditorum Canonum, de Verb. Signif.* dominium rerum fratribus concessarum (exceptis Ecclesiis, oratoriis, officinis & habitationibus, vasis, libris & vestimentis divinis officiis dedicatis & dedicandis) à se abdicasse, præmittendo fulam & subtilem ex iure civili dispositionem, quâ conatur adstruere usum consumptibilium justum seu licitum non consistere sine dominio hoc tamen cum non definitum est manifestum ex contextu. Totus autem est in discurrèdo instar Apologeticum scribentis, & rationes allegando pro indistinctione præfati usus à dominio; ut abdicacioni domini à se intentatæ (quæ erat penes ipsum arbitrium) viam sternat, & prætextum eidem rationabilitatis obducatur. In quo erravit tamquam Doctor particularis, juxta Bellarminum & alios passim; et quidam contentur cum ad commodum sensum trahere. Duriores censuras Nonnulli addunt, signanter Dominicus Soto l. 4. de Just. q. 1. art. 1. dicens eum *neque legitime, neque (si dicere fas est) iuste fecisse, sed in odium &c.*

Nihilominus diverſi Pontifices successores dominium prædictarum rerum ad se & Ecclesiam Romanam resumpserunt, confirmando Nicolai III. & Clementis V. declarationes, ac expresse derogando Extravaganti *Ad Conditorum Canonum*, & alii Extravagantibus materiam prædictæ Extravagantis tangentibus; ut videre est in *Constit. Pauli IV. Ex Clementis Sedis dat. 1. Jul. 1555.* In qua Pontifex testatur iisdem Extravagantibus derogatum fuisse per Martinum V. Eugenium IV. Nicolaum V. & Sixtum IV. Eandem derogationem resumpit Gregorius XIII. Bullâ 6. apud Confectum. Idem dominium resumit Alexander VI. *Constit. Ueberes fructus dat. 10. Jul. 1494.*

Quinimmo & ipse Joannes XXII. (qui ante offensam contra Ordinem, Nicolai III. & Clementis V. declarationes tanquam salubriter editas, solidas quidem & claras, & lucidas, multaq; maturitate digestas probaverat Extrav. *Quorundam exigit, de Verb. Signif.* etiam postea nihil fuerit impugnare seu contorquere) ante mortem suam revocavit, tum quæ de animabus separatis quoad carentiam visionis facialis ante diem iudicii, tum quæ de aliis non rectè dixisset aut scripsisset: ac (subdit) *prædicta omnia & alia*

48. Agitur de adu locu- nu XXII.

49. Quæ per multos post- cessores huius- modi aucto- rioribus de- clarationibus Sixti III. & Clem. V.

50. Quis autem indignitatem eorum non ceptam esse Joannes probaverat.

Quam re- vocavit.

quacumque dicta, predicata & scripta per nos de quacumque materia... terminati Ecclesia & Successorum nostrorum. Ecclesia autem in Prædecessoribus & Successoribus illius noscitur determinasse, quod hic docemus. Revocationem prædictam refert Waddingus ad annum 1333. n. 14. Et ex authentico transumpto Monachanti in Fundamentis duodecim Tit. 10. Fundam. 10. §. 4. sub finem.

Ratio fundamentalis est, quod non sit species repugnantiae in hoc, quod Dominus det alteri licentiam simplicem & jugiter a suo nutu pendente utendi re sua aut eam destruendi ex commissione & nomine ipsius, absque eo quod alter censeatur Dominus ejusdem. Sic autem fit in rebus, quibus Franciscani, etiam cum cõsumptione utuntur de licentia domini. Quare talis non potest in judicio rem illam domine suo vindicare, legare, alienare &c. prout possunt, qui dominium habent. Solum itaque est eis fas utendi rebus nomine concedentis. Quemadmodum ceteri Religiosi singuli utuntur rebus monasterii, etiam cibus, eos consumendo, citra dominium aut notam proprietatis; sed tamquam rebus communibus seu non suis, & nomine ac licentia alterius. Sicut igitur usus particularium monachorum potest esse licitus citra dominium, quod manet penes communitatem seu personam fictam; cur non toti Ordini S. Francisci, ejusque membris poterit cõpetere, etiam dominium sit penes personam extra ordinem constitutam, puta Pontificem?

Porrò sicut facultas personaliter utendi, adeoque destruendi, nomine alterius & dependenter ab ejus nutu, non est dominium, neque est ejus signum; sic neque sequens actus illius usus seu consumptio rei. Quæ si esse dominii inexistens actus, deberet prævia potestas ad illam esse dominium. Immo ipsa destructio de voluntate Domini facta potius videtur actus dominii ipsius Domini, uti si ipsemet rem destrueret. Quemadmodum incendens domum, fruem lignorum &c. de licentia aut jussu heri sui, non fit eo ipso Dominus rei quam destruit; sed heres in tali actione dominium exercet ac simul destruit. Similiter ergo in rebus divico actu consumptibilibus, potest consumptio stare sine dominio, uti & antecedens licentia consumendi. Confirmatur: quia per consumptionem (quæ est dominii destructiva) non accedit novus titulus, aut traditio; quæ tamen requiritur, ut dominium transferatur in eum, qui eo carebat. Confirmatur II. quia servus licet comedat cibos domini, inius cibos patris, hospes cibos invitantis; & tamen non sunt eorum Domini. Præterea famulus emens aliqua pro Domino, & pecuniam seu pretium alienans, utique non est dominus ejusdem. Non enim dicitur veraciter quis habere tam

Herincæ Sum. Theol. Pars III.

quam sua, quæ dispensat tamquam aliena, sed quæ possidet vel usurpat tamquam proprio juri mancipata; ut recte D. Bonavent. Apol. Paup. Resp. 4. c. 1.

Sed juvabit audire plenius ipsum S. Bonaventuram suis verbis loquentem, qui rationes allegatas præformavit, & objectionibus tacite occurrit. Nam in Exposit. in c. 6. Regula dicit, quod duplex est usus rerum. Quidam enim utuntur rebus auctoritate propria, ut Domini; quidam aliena, ut servi... Quia ergo Fratres Minores pro Christo servituti effecti sunt, utuntur rebus, quas usu continent, nec tamen eis dominantur; & in hoc ipso Dominum imitantur, qui cibo vescitur alieno, in alienis domibus continue hospitando.

Et in Determinat. quest. circa Regul. q. 24. Videmus (inquit) in seculo famulos domini non suo conægi, & rebus alienis, videlicet domini suorum uti: sic & alii sæpe concessis utuntur, tam vestibus, quam aliis rebus de illorum voluntate, quorum res sunt. Sic & nos utimur rebus necessariis pro corpore, quas tamen, nec in speciali, nec in communi nobis appropriamus. Regula enim non dicit, nos nihil debere habere, sed nihil nobis appropriare. Unde usum rerum necessariorum habere possumus, non proprietatem, alioquin nec vestem, nec cibum, nec aliquid aliud in usum recipere deberemus; quod esset contra omnem rationabilem intellectum. Præsul enim Sedis Apostolicæ, qui est generalis omnium pauperum Ecclesie provisor, specialiter nostri Ordinis curam habens, omnium mobilium, quæ ordinem conferuntur, proprietatem sibi assumptis, exceptis his quorum dominium sibi conferentes retinuerunt, & nobis usum earundem rerum solum concedit, ut semper alieno victu, & vestitu, & lecto, & aliis utensilibus absque proprietatis jure, ex ipsius concessione utamur. Sicut familia patrisfamilias, quæ rebus Domini sui utitur, tam in absentia, quam ipsius presentia corporali, secundum ipsius dispositionem. Et elemosina, quæ nobis a fidelibus datur transiit in usum nostrum, & in illius dominium, qui est principalis Ordinis nostri dispensator; cui parati sumus omnia, quæ habemus, cum jussu, tamquam Domino, prout convenit, resignare. & nil juxta hoc proprietatis habentes, regulam nostram bonâ conscientia observamus.

Idem S. Doctor Apol. Pauper. Resp. 4. c. 2. ex professio & fusè propugnat expropriationem totalem Ordinis, tam in communi, quam in speciali, etiam quoad ea, quæ usu consumuntur, relicto simplici usu. Idque contra Gyraldum de Abbatis Villa adversarium Religionis Pauperum (qui paralyti dilutus ac leprâ percussus interiit) quem dicit manifestè non amulationem Dei fuisse successum, sed simulationem illius, cujus invidiâ mors introivit in orbem terrarum; dum nimirum (ut præmittit) in totam Christi

C c Pau.

53. Rationes similes præformatae à S. Bonaventura. Cujus verba allegantur Exposit. in c. 6. Reg.

54. Item in determinatione quest. circa Regul. q. 24.

55. Eandem materiam ex professio tractat Apol. Paup. Resp. 4. c. 2.

Pauperum religionem venenarum eloquiorum tela convertit.

Obiectio  
Adversarii  
& solutio  
S. Bonaventuræ

Et post plurimam admodum solidè in hæc rem adducta, è quibus nonnulla in suam decretalem transtulit Nicolaus III. c. Exiit, de Verb. Signif. sibi objicit: Nec obstat, quòd adversarius objicit de rebus, qua usu consumuntur, quòd in eis proprietas non separatur ab usu. Quòd dissolvit exemplo filii familias, qui juxta leges Romanorum est patriæ potestatis. Deinde adjecto exemplum privatorum Monachorum dicens: *Quemadmodum Monachus vel quivis Religiosus utitur vestimentis, cibus (dum scilicet actu istis induitur, aut hos, actu manducat) ac ceteris, que usu consumuntur, ita tamen quòd nihil sibi appropriat quoad privatam dominium, nec propter ealem usum efficitur proprietarius, qui proprietas (donec res consumpta est) semper collegio reservatur: sic & de collegiis hujusmodi Pauperum summoq; Pontifice intelligere debet, quicumque de professione ipsorum sentire vult tam vere quam pie.*

Nota  
ejusdem di-  
cta.

Quòd deinde Regiè confirmat etiam ex legibus, tandemque concludit, quòd Pontificalis auctoritas, quantumcumque usus & dominium in aliquibus rebus secundum jus civile censentur esse conjuncta, decernere poterit in aliquibus personis esse separata. Quòd circa ordinem prædictorum Fratrum Minorum Christi Vicariorum suâ auctoritate confirmans sic esse decrevit; cuius definitioni contraire nullatenus licet. Et hæc quidem dicta sufficiant ad cavillationes malignantium hominum revellendas.

56.  
Obiectio ex  
juro civili  
petita dissol-  
vitur.

Nec obstat, quòd (ut sibi objicit Nicolaus III. c. Exiit, & ante eum S. Bonaventura sup.) jure cautum sit, usum seu usufructum non posse perpetuò à dominio separari, ne hoc reddatur inutile & inane; ut patet Inst. de Usufructu §. 1. L. omnium ff. eod. Et L. Antiquitas C. eod. Nam in primis in lege civili est sermo de fare utendi, seu fruendi absoluto & irrevocabili, quòd juxta leges statuitur in eis, quæ usu non consumuntur, & quorum substantia manet salva. Usus autem Ecclesiarum, ædificiorum, librorum & similium, etiam usu consumptibilium, qui Fratribus conceditur, non involvit jus præsertim irrevocabile, adeoque potest res Domino fieri etiã temporaliter utilis ad nutum ipsius, et si pro sua libera & bona voluntate usum nunquam revocet. Quòd etiam in re uluconsumptibili locum habet, quousque superest, seu nõ consumpta est: tandem enim consumptione ipsa mirum nõ est dominium quã temporale reddi inane, utpote quòd destruatut cũ ipsa re. Præterea, quidquid sit de lege civili, Pontifex, qui supra illam est, sancivit & declaravit id, quòd diximus, pro filiis suis Minoribus, juxta S. Bonaventuram sup. Denique (ut idem respondet, & coincidit Nicolaus III. sup.) retentio domini hujusmodi rerum (loquitur generatim de omnibus quo-

rum, usus Fratribus, est concessus de uluconsumptibilibus mox subd. speciale ex adversario objectionem, n. præ. propositam & solutam) cum concessione usus facta pauperibus, non est in fructuosas; cum sit patri pauperum meritoria, & professioni filiorum Christo famulantium opportuna.

Neque etiam ex præmissa veritate sequitur Observantes aut Capucinos injustè uti rebus quas consumunt, defectu nempe juris, ut arguit Joannes XXII. (cujus alias objectiones in pessione aut æquivocatione scindatas omitto, Lectorem remittens ad ea quæ habet Waddingus in Annal. Minor. ad annum 1324.) Nam juxta Hieronymum ad Nepotianum (referente S. Bonaventura supra, Resp. 5. c. 1.) etiam Christus cibo vescitur alieno; nec tamen injustè. Similiter ergo Frater Minor vescitur, & (ut utar verbis S. Bonaventura Resp. 5. c. 1.) sustentatur de non suo, id est, non sibi proprio, sed alieno, pie tamen & justè, ab alio sibi pro sustentatione collato. Excludo enim dominium & jure proprio sufficit ad hoc simplex licentia Domini; quò rationabiliter non invito, immo consentiente, alienus rem illius etiam destruens non est injustus.

57.  
Consumptio  
rerum qui  
sunt justè à  
Franciscanis  
circa  
dominium.

Non sequitur etiam (quod nonnulli Neoterici specialiter urgēt, & mirum non fuisse usum à veteribus Religionis Pauperum adversariis; neque etiam à Joanne XXII.) usuras fore licitas, quando nimirum domino alteri vendente usum v.g. pecuniæ, sibi verò retinente dominium. Nam usura in primis involvit mutuum, in mutuo autem meum sit tuum, adeoque ex natura contractus transfertur dominium, sicque mutuatarius necessariò utitur re suâ & nomine proprio. Deinde vendito usu foret emptor Dominus ipsius usus, adeoque acciperet jus absolutum ad utendum & destruendum sibi alienandum; quale jus usus communi etiam adversariorum doctrinã non distinguitur à dominio in similibus rebus. Et de hujusmodi usu ejusque venditione agit D. Thomas 78. art. 1. concludens: *Unde in talibus non debet seorsim computari usus rei ãre ipsa, sed cumque conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res: & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo seorsim vellet vendere vinum, & seorsim usum vini, venderet eandem rem bis.*

58.  
Non sequitur  
tur ejus  
fore licita.

Que hæc  
de re meæ  
S. Thome  
q. 78. art. 1.

Quòd si quis speculetur venditionem facultatis utendi revocabiliter, dependet & de voluntate alterius sibi retinentis, aut etiam alteri tertio vendētis dominium; est ea concedetur, non potest facultas ista æstimari quanti res ipsa, nec ipsa cum dominio distinctè pluri vendi, quàm valeat res consumptibilis eidem absolute vendēda; adeoque non manet locus licitæ usuræ. De quo vide Pontium d. 23. Theol. 4. 4.

59.  
Vltimis  
dem diffi-  
cultas ex-  
penditur.

Si denique spectetur ipsa actualis consumptio (quæ tamen non solet immediate vendi,



vendi, sed venditionem facultatis consumendi subsequi) esto illa valeret quanti res ipsa, v. g. alienatio floreni pro merce valet floreni aut merce æquivalente: ipsa equidem non potest vendi retēta dominio; cum ipsa consumptio sit domini destructio. Non est tamen necesse, ut destructio fiat immediate per illum qui est dominus: cum famulus alienet pecuniam heri sui aliquid emendo & solvendo. Idemque est in destructione rei immobilis v. g. domus; quæ pariter fit altero quidem domino existente & consentiente, non tamen dominium retinente, sed per hoc ipsum amittente. Sicut Abraham immolando Isaac non fuisse dominus vitæ filii, sed tamen destructor ex licentia supremi Domini. Accedit, quod admittant Adversarii dominium separari ab actuali usu rei non uno actu consumptibilis, qualis est vestis, calculus &c. & tamen in singulis usibus aliquid rei consumitur ac deturitur. Igitur si ne hujus quidem particula, quæ ipso usu teritur fiat, dominus religiosus aut Franciscanus qui re tali utitur: quid ni idem sit, etsi tota uno actu consumatur?

teria ingereret, nulla urgebat virtutis species, aut necessitas similia scripsisse. Interim Deus, in viris Religiosis præsertim, augeat spiritum sanctæ intelligentiæ & intimæ charitatis. De cetero nos mordendi alios, & maxime integras Religiones, consuetudinem non habemus: sed neque Ecclesia Dei.

§. V.

De Possessione.

INTER jura etiam solet recenseri possessio; etsi dari possit jure destituta, utpote à parte rei injusta. Varios saltem juris effectus habet, præsertim in ordine ad comparandum dominium. Unde de ea hic non inutiliter Doctores tractant.

61.

Possessio juxta Etymologiam vocis dicitur quæ sedium (non rectè aliqui, pe-  
dum) positio, quasi possidere sit verbum compositum ex ponere & sedere. Rectius fortasse derivatur ex posse & sedere; quasi possidens sit potens sedere, uti dicitur quis compos vel impos mentis. Capitur autem aliquando pro ipsa re, cui insistitur, seu quæ possidetur: aliquando, & frequentius pro actuali insistentia rei. Definiturque communiter detentio rei (supple tamquam suæ) corporis, animi & juris adminiculo.

Possessionis etymologica ratio.

Ejus descriptio.

Detentio hæc etiam comprehendit apprehensionem, quæ est inchoata quædam detentio. Potestque fieri tum per nos, tum per alios, qui nostras vices in eo suppleant, ut per servum, aut filium non emancipatum (etiam si nos nec opere, nec animo rei incumbamus) per curatorem, tutorem, procuratorem seu mandatarium, colonum, depositarium, & res nostro nomine possidentes; qui proinde non nisi improprie eas possidere censentur.

62. Qui requirit detentionem, per quos facientiam.

Corporis autem adminiculo tunc detinetur res, quando ipsa secundum se, vel secundum partem aut aliquid in quo censetur contineri, corporaliter apprehenditur contactu, aspectu, ingressu, aut simili modo.

63. Varii modi apprehensionis.

Varii etenim sunt apprehensionis, atque adeo possessionis acquirendæ modi, scilicet apprehensio vera, ficta, & juridispositio. Apprehensio vera fit manibus vel pedibus. Hæc necessaria est ad acquirendam possessionem rei non habentis dominium, ut ferarum, gemmarum &c. Item quando quis vult vi possidere. Apprehensio ficta locum habet, quando res habet possessorem, & ab eo vel à iudice traditur, absque vera tamen & reali apprehensione. Hujusmodi traditio fit variis modis. Primum, si antiquus possessor tradat claves domus in conspectu positæ, in qua sunt merces tradendæ: dum enim alter apprehendit claves, censetur res intus conditas apprehendere. Secundò, juxta Lessium, Lugo & alios, si tradat scripturam

Apprehensio vera, qua, & quando necessaria. Apprehensio ficta quibus modis contingat.

60. Iudicium de doctrina Cajusdam Neoterici.

Novissimè incidi in Neoterici quemdam To. 5. Theol. Tract. de Jure & Just. d. 2. dub. 3. qui pleraque satis, ne dicam nimis strictim, hanc verò materiam fuse expendit, novam sibi visus adinvenisse distinctionem, stylo & menti Pontificum, Doctorum ac Religionis contrariam, per cujus latus ipsam quoque Pauperum Religionem impetit. Cujus etiam altissimam paupertatem discutens d. 7. dub. 4. frivola quædam contra illam sibi objicit argumenta: ad quæ tamen non solum frigidè, sed frivole, nec sufficienter pro honore Religionis respondet. Non fert quidem brevitatis nobis præfixa, & commodis nostræ Scholæ necessaria latiores digressiones: spero tamen fore, qui, si operæ pretium videatur, oportuno tempore faciat satis. Pro nunc, quantum ad præsentem materiam, per præmissa sufficienter (in quo iudicium candidi Lectoris imploro) partim refutata, partim soluta sunt, quæ iste allegat, & quæ speciem cuius difficultatis habere possent. Quod autem verba Nicolai III. successoris Joannis XXII. sive auctoris Extravag. Ad conditorem (successorem appellat: alioquin fuit prædecessor, & quidem mediantibus septem aliis Pontificibus) allegat; mirandum sanè: cum verba quasi ipsissima sint ex S. Bonaventura Apol. Paup. Resp. 4. c. 2. desumpta; quem proinde pari, id est, nullâ ratione allegare pro se potuisset. Vide dicta 256. Quantum verò attinet ad ea, quæ posteriori loco sibi contra Paupertatem altissimam objicit, sufficientissima solutio peti potest ex iis, quæ Regulæ declaratores Pontifices, & ejusdem Expositores tradunt. Credo equidem virum non tam ex malevolentia, quam ex ignorantia Status nostri (cui ut se in hujusmodi ma-

Herincx Sum. Theol. Pars III.

scu instrumentum, quo conficit de titulo & iure quo rem possidebat, animo possessionem transferendæ & alter sic acceptet, eo ipso acquirit hic rei possessionem: secus est iuxta *Wiggers Tr. 1. c. 6. dub. 6.* spectato iure communi de traditione solius instrumenti contractus, v.g. venditionis. Sed & *Wesenzus ad ff. de acquir. possess. num. 6.* referens alios, censet possessionem non sufficienter probari instrumentis, etsi super traditione factis, quasi his solum intelligatur facta apprehendendi potestas. Tertio, si eminus vel cominus ostendat fundum, dicatque se tradere possessionem, & alter dicat se acceptare: oculi enim sunt velut longæ manus, quibus res visæ quasi contrectantur. Quarto, quando post contractum consentiente venditore apponitur custodia nomine emptoris, vel novi possessoris. Quinto, quando venditor vel dator constituit se ipsum possessionem rei absentis nomine emptoris vel donatarii. Quod Jurisperiti vocant tradere & acquirere possessionem per clausulam Constituti. Sexto, quando venditor constituit se conductorem rei venditæ, censetur emptorem eo ipso statuere possessorem. Eadem apprehensio facta habet locum in bonis incorporalibus, quæ stylo Jurisperitorum dicuntur quasi possideri, v.g. servitutes, beneficia &c. Sic beneficii possessio capi solet per installationem in choro; alia iura, per eorumdem exercitium.

64.  
Iuris dispositione confertur possessio sine apprehensione alterutra.  
V. *ius Belgii.*

Juris dispositione denique confertur possessio sine apprehensione vera vel ficta in casibus à iure præscriptis, qui maxime dependent à cujusque patriæ consuetudine. Prout usu Belgico possessio mortui censetur continuari in quovis herede, iuxta *Valerium Andream in Notis ad Instit. de heredum qual. & diff. num. 5.* Contendit quidem *Aretinus* non acquiri possessionem sine vera vel ficta apprehensione. Contra quem insurgit *Coyarruvius lib. 3. Var. Resol. cap. 5.* sed notat *Wiggers c. 6. dub. 6.* videri questionem de nomine, eò quòd *Aretinus* inter actus fictos apprehensionis etiam ipsam Legis constitutionem comprehendere velit. Sed hic modus loquendi est minus utilis; etsi nil falsi contineat.

Controversia nominata de hæc.

65.  
Qualiter requiratur animi & iuris adminiculum.

Animi præterea adminiculum adesse debet: ubi enim non est animus retinendi rem tamquam suam, non est proprie dicta possessio, v.g. colonus non possidet proprie agrum alienum, quem pro alio colit. Additur in descriptione iuris adminiculo, non quòd jus approbare debeat detentionem nostram tamquam justam, cum etiam injusta detentio rei alienæ, etenim si vere possidet bona furtiva, animo eam sibi appropriandi possit esse vera possessio (quam proinde *Bartolus ad L. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess.* non rectè definit esse jus insistendi rei tamquam suæ) sed

quod ius debeat non, obistere tollendo ab apprehensione corporali rei cum animo retinendi ut suam energiam, sive rationem possessionis; prout impedit ne detentio rei sacra, et loci religiosi, facta à laico, censetur possessio. Quare detentio rei, solius corporis aut etiam corporis & animi adminiculum, non autem iuris, est possessio merè naturalis (in qua tamen distinguenda à civili non omnes consentiunt, ut videre est apud Jurisconsultos & Theologos) non civilis.

Corro multum emolumentum fert secum possessio civilis. Nam in primis, si sit bona fidei, parit præscriptionem, id est, facit ut res quæ non est tua, elapso certo tempore fiat tua, & omnes fructus percepti. Secundo, si oboriatur dubium de rei dominio, adhibita morali diligentia, & tamen remanente adhuc dubio, melior est conditio possidentis. Tertio, in iudicio parit ordinariè præsumptionem domini. Unde possessor regulariter non debet probare rem esse suam, sed is qui eam repetit: qui nisi sufficienter probet, nihil contra possessorem obtinebit. Quarto, potest ex iure communi possessor vi suam possessionem tueri, *L. 3. ff. de Vi, & de Vi armata.* Immo etiam sibi creptam armis, potest per arma recuperare, modò id faciat statim, & non ex intervallo (ut habetur *L. cit.*) id est, quàm primum potest spectata rei difficultate & aliis circumstantiis.

Forma probandæ possessionis varia est. Puta ex perceptione fructuum aut pensionum, censuum & collectarum solutione, aliorumque possessionis actuum demonstratione, viciniæ scientiæ, testibus, qui deponunt vidisse possideri, & aliis modis, &c. quibus *Wesenzus in ff. de acquir. vel amitt. possess. num. 6.* & alii Jurisconsulti, quos citat.

Amisso possessionis secundum iura diversimodè contingit: rei quidem mobilis per furtum, rapinam aut fraudem, vel per fugam, si sint animalia insueta redire, vel per amissionem, si res in domo non inveniantur: immobilis verò seu soli, per violentam occupationem, etiam nobis absentibus, si reversi aut repellamur, aut vim metuentes sponte cedamus. Amittitur præterea possessio, si per inundationem occupetur res: si fiat res sacra aut religiosa: si prætor aut iudex possessionem auferat, vel alium in eam mittat: si quis absit longo tempore: si quis alieno nomine se possidere constituat, similijæ factò proprio alteri possessionem tradat seu relinquat: voluntas enim cujusque in similibus rata habenda est. Denique ex variis aliis causis, uti acquiri, sic amitti possessio potest. Videri possunt Jurisconsulti in *ff. de acquir. vel amitt. possess. Lessius l. 2. c. 3. dub. 12.* & alii Theologi.

In ma-

69. Loco interdicti Uti possidetis in Belgio est manutentia.

Ordo ibidem procedendi in possessorio.

70. In causis signanter beneficiis.

In materia possessionis jure Cæsareo Interdictum de Interdictis variam erat generis interdictorum, sive ad adipiscendam, sive ad retinendam, sive ad recuperandam seu redintegrandam possessionem contra spoliatorem possessionis, quæ spoliatio ante omnia est restituenda, priusquam de principali seu petitorio agatur. Moribus nostris, si de possessione controversia oriatur, peti solet & cederet mandatum retinendæ possessionis, quod manutentia vocant, & respondet Interdicto Uti possidetis, de quo *Interd. sup.* Ad quod proceditur summarie, & sine strepitu iudicii, inspecto actu possessionis. Parte vero se opponente proceditur ad iudicium possessorium plerumque (quod & ordinarium) in quo servato ordine juris diligentius expenduntur omnia, adhibita plenâ causæ cognitione, & quis in possessione potior esse debeat definitur, adjudicatur ei possessio, ac relicta libertate proceditur ad petitorium, in quo de proprietate agitur. De quibus plura vide apud *Valerium Andream in Novis ad Institut. de Interdictis*. Ubi in fine queritur, an possessorium possit cumulari cum petitorio, id est, utrumque simul uno libello proponi, & peragi. De quo etiam *Zoerius in ff. de iudicis num. 7. & seq.*

Mores porro Belgii non admittunt, teste *Zypeo in Not. jur. Belg. Tit. de causa possess.* ut possessorium alibi tractetur, quam apud Regios iudices, & in beneficiis pendente ibidem possessorio, non potest coram Ecclesiastico de petitorio cognosci: sed demum lite ibi finita, & plenè executioni mandata sententiâ. Attamen in materia civili in consiliis, possessorium retinendæ, totumque jus proprietatis nonnumquam simul deducitur. A sententiâ etiam possessoria ad supremum usque tribunal regium provocatur, non tamen à momentanea, quam recedentiam vocant. Ita *Zypeo*. Mos autem Ecclesiasticus quoad possessorium in tribunali sæculari tractandi, à *Covarruvia* reprobatur, ab aliis admittitur. Vide *Zoerium sup. n. 81.*

QUÆSTIO IV.

Quibus Generatim competat dominium, & in Quæ?

71. **D**ico I. Soli naturæ intellectuâli potest competere dominium. Ita communiter omnes Doctores. Ratio est: quia intellectus & voluntas libera est radix domini, eoq; carentes ex natura sua nequeunt exercere actus juris seu domini, v.g. disponere pro nutu de rebus, quæ sub dominio cadunt, alienare seu donare, exigere aliquid tamquam sibi debitum, vindicare rem contra injustos in valores; quos à justè procedentibus non nisi intellectuâli natura

*Herincx Sum. Theol. Pars 111.*

ra discernit &c. Unde præfecturam hominis super cetera animalia fundari in prædicta naturæ intellectuâlis excellentiâ, colligitur ex *Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* (quæ in intellectu & voluntate fundatur) & præstis piscibus maris &c.

**D**ico II. Non requiritur tamen usus actualis rationis ad dominium: etsi requiratur ad dominium expeditum seu ad usum illius. Prima pars patet: quia parvuli seu infantes, amentes, dormientes, ebrii sunt aut manent domini bonorum: carentia enim ista usus rationis per accidens se habens, non impedit, quæ naturæ insunt per se. Secunda pars patet: quia actus domini exigunt libertatem, ut patet ex præmissis. Utrumque hoc satis clarè exprimitur ad *Gal. 4. Quanto tempore heres parvulus est, nihil (quoad usum scilicet) differt à servo, cum sit Dominus omnium*, quantum ad proprietatem.

**D**ico III. Deo competit essentialiter, inabdicabile, & solutissimum dominium in omnes creaturas. Nam ratione creationis & conservationis potest gubernare, & disponere de quavis re tamquam sua, sic etiam ut nullum possit à suo dominio emancipare, uti nec à sua creatione, conservatione & gubernatione. Quare *Psal. 113. dicitur: Cælum celsi Domino: terram autem dedit filius hominum*, ita scilicet hanc eorum dispositioni relinquendo, ut ipse maneat supremus Dominus etiam terræ, & omnium quæ in ea sunt, juxta illud *Psal. 23. Domini est terra & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo*. In quo fundatur, quod Deus non possit debito justitiæ strictè dictæ obligari alicui creaturæ ad aliquid tribuendum vel non auferendum. Vide dicta *Tract. de Deo, Uno disp. 7. quæst. 7. num. 58 & 59. & Tract. de Incarn. disp. 2. q. 4. s. 5.*

**D**ico IV. Angelis competit dominium in suos actus liberos, de quibus utique disponunt tamquam de re sua. Ita Doctores communiter. Merito his additur dominium in famam & honorem: habent enim dominium in illum non minus quam homines. Atque esto quod non, saltem habent sine dubio jus, ne lædatur, sicut injustus esset, & ad restitutionem teneretur, qui detraheret famæ vel honori Angelorum.

Quantum tamen attinet ad res corporales, non constat aliud, quam quod sint administratorii Spiritus in ministerium missi à Deo; cujus veluti delegati administrant, tum cælestia, tum sublunaria. Quamvis non repugnet, quo minus Deus illis concefferit (quod cum fecisse nullo indicio constat) dominium in hæc præsertim sublunaria, dominium (inquam) velut altum; quod consistat cum dominio inferiori hominum ad se invicem

72. Usus actualis rationis non requiritur ad dominium sed ad ejus usum.

73. Dominium inabdicabile in omnes creaturas qui Deo competat.

74. Quorum dominium competit Angelis.

comparatorum. Prout etiam Contentiā valde communi competit Christo quā homini. De quo in *Fract. de Incarnat. d. 2. q. 6. n. 101.*

75. *Homo non est dominus vite & membrorum,*  
 Dico V. Vita humana, sive propria, sive aliena (idem est de membris) non subest dominio hominis, Qui proinde solū est vitæ & membrorum custos & velut usufructuarius, quatenus potest iis uti sibi, salva substantiā seu integritate vitæ & membrorum. Est certum apud omnes Christianos, & receptum etiā apud Ethnicos Philosophos: è quibus Pythagoras (teste Cicerone *l. de Senectute*) dixit: *Nemini fas est injussu Imperatoris summi Deo de presidio & statione vite recedere.* Et si Stoici senserint, fas esse, se ipsum occidere, cum tedium vitæ obreperet. Probatur Conclusio: quia dominium in vitam & membra nusquam apparet à Deo concessum. Quin potius à principio sui alteriusve innocentis occisio (sub qua etiam prohibita censetur mutilatio) gravissimè à Deo vetita legitur. Natura quoque abhorret ab hujusmodi tamquam actionibus sceleratissimis: pro quibus etiam habentur & puniuntur in republica terrena. Quare specialiter de Deo dicitur *Sap. 16. Tu es Domine, qui vite & mortis habes potestatem. Deuter. 32. Ego occidam, & ego vivere faciam.* Congruentia allegatur, quod vita sit radix quodammodo & fundamentum domini, nec acquiratur per nostram industriam. Quamvis his non obstantibus possit Deus homini jus in vitam propriam & alienam concedere: qui illud nunc sibi reservavit in recognitione quendam, quod ipse sit primum hominis principium & finis ultimus.

76. *Occurritur quibusdam objectis.*  
 Nec refert, quod liceat privato occidere in valorem vitæ, & reipublicæ malefactores. Nam id non fit ex dominio in vitam alienam, sed ex jure se conservandi & bonum commune; in ordine ad quem finem concessa est etiam à Deo Magistratibus potestas gladii vel vicaria divini potestatis.

Nec refert etiam, quod homo possit redigi in servitutem, adeoque fieri peculium & res Domini: hoc enim intelligitur quoad operas serviles & utilitatem temporalem, non quoad vitam. Nam certè dominus nequit pro libitu suo occidere vel mutilare servum, immo neque ita castigare. Unde *Exodi 21. dicitur: Qui percusserit servum suum vel ancillam virgā, & in manu ejus mortui fuerint, criminis reus erit.*

77. *Actiones liberae sunt in hominum dominio,*  
 Dico VI. Sub dominium humanum cadunt actiones propriae liberae. Patet: quia sunt liberi earum auctores, longè perfectiūs, quàm artifex sui artefacti; ergo actiones istæ sunt suæ, de quibus proinde ad nullum disponitur.

78. *Nec non fama,*  
 Dico VII. Sub dominium hominis cadit fama & honor. Ita communiter Doctores, & clarè indicat *D. Thomas quest. 73. art. 4. ad 1. contra Caietanum.*

Probatur I. quia homo famam, uti res ceteras sibi acquirit & auget per actiones proprias, quarum est dominus; ergo est etiā dominus illius. Confirmatur: quia fructus (qualis est fama, respectu actionum humanarum) ex natura rei sequitur rem, debeturque dominium illius, cui debetur dominium rei, quod enim ex re nostra nascitur, nostrum est.

Probatur II. quia nisi homo esset dominus suæ famæ, non posset restitutionem illius condonare; quod tamen eum facere potest, apud omnes constat. Nec refert, quod condonare quis possit mutilationem membri, cuius tamen non est dominus: nam condonatio non respicit ipsam restitutionem membri (quæ si esset possibilis, non posset utique à nobis condonari defectu domini) sed illam injuriam, & jus vindictæ, aut compensationem pecuniariam damnorum ex defectu membri consequentium.

Probatur III. quia ex humilitate, ad petendum consilium, quando alium injustè diffamavimus, & aliter non possumus illi famam restituere, aliisque multis casibus possumus nos infamare, quod tamen aliàs non liceret: sicut ob istos fines non licet seipsum occidere vel mutilare, quia non sumus vitæ aut membrorum domini.

Non possumus tamen absque justa causa famam prodigere, sicut nec bona externa prodigere possumus, præsertim quando illa proximis esset necessaria, quod vult *Augustinus Lib. de bono V. dicitur c. 22.* dicens, conscientiam nobis esse necessariam, famam proximo, ac proinde crudelem esse, qui famam negligit. Est autem fama proximo subinde necessaria, quia videlicet fama proximi dependet à nostra, v.g. ex fama Religiosi honor monasterii, similiter ex fama superioris pender ejus directio. Et in his casibus tenetur quis conservare famam, idque ex multorum opinione, ex justitia, eò quod per ejus neglectum alteri simus injuriosi, aut debito fraudamus officio.

80. *Sub dominium humanum cadunt bona exteriora, quæ vocantur fortunæ, seu bona externa, quæ a iibus humanis subsunt; qualia sunt sublunaria, ut fundi, domus, animalia, aurum, aliaque metalla & similia. Est certum apud omnes Doctores, & universi Orbis sensu ac praxi confirmatum, uti & ipso jure. Sed & Scriptura hujusmodi dominium primis parentibus, & consequenter posteris fuisse concessum, aperte indicat, *Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animalibus, quæ moventur super terram.* Et *Psal. 8. Constitisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjicisti sub pedibus ejus, ovēs & boves universas &c.* Et *Psal. 113. Terram autem dedit filiis hominum.* Ratio est: quia homo potest de præditiis*

Etis disponere pro libito, alternaq; alicnādo &c. dixi *Sublunarium*: astrorum enim seu caelestium non est dominus, sed tantum aliorum effectuum, puta luminis vel caloris.

81. Deus in natura institutione non fecit divisionem dominiorum. Quae in statu innocentie divisa non fuisset.

Notandum tamen I. Deum sic tribuisse humano generi dominium rerum externarum sublunarium, ut non divideret singulis hominibus suam partem. Nam primis quidem parentibus dedit pariter dominium universon. Quod communi Doctorum sententiā in posteris dante innocentiae statu mansurum fuisset commune. Ex hac enim communitate bonorum (quae alioquin magis rationi per se congruit) in natura integra non fuisset secutum aliquod inconveniens, stante perfecta concordia, & absentibus inordinationibus naturae lapsae. Unde Clemens Papa scribens fidelibus exemplo Apostolorum vitam communem sectantibus, & relatus c. *Dilectissimi* 12. q. 1. communem vitam omnibus, maxime vitam Apostolicam imitari volentibus, necessariam esse, probat dicens: *Communis enim usus omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem* (id est, occasione iniquitatis) *alius hoc suum esse dixit, & alius illud: & sic inter mortales facta divisio est.* Quod autem postea addit: *In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges*, est sine dubio ab aliquo corruptore adjectum, intelligendo, ut sonat, de communitate uxorum quoad officium conjugale: quamquam *Glossa* interpretetur de communitate quoad domestica & alia servitia. Vide *Scolion ad D. Can.* Quae quidem bonorum communitas adhuc quādam ratione cernitur in Religiosis vitam perfectiorem sectantibus: quamquam ibi restitatur dominium ad collegium, quod est instar personae privatae & factae.

82. Post peccatum divisionem dominiorum licita.

Notandum II. Post peccatum licite & rationabiliter fuisse factam bonorum divisionem (quae fieri potuit, sive partitione capitum generis humani, sive sorte, sive conventionem, sive occupationem; uti & hodie, quae nullius sunt, sicut primò occupantis, jure Gentium) prout consensus orbis etiam Christiani confirmat; contra Haereticos, dictos *Apostolicos*, qui dixerunt Christianos, nisi sequentes Apostolorum pauperiam & expropriationem, salvari non posse. Verum non solum ante Christum fuisse sancti Patriarchae, & Reges, alique viri divites, sic ut *Eccli.* 31. dicatur, *Beatus dives, qui inventus est sine macula &c.*: sed etiam in novo Testamento plurimi divites, itaque sancti sunt, & fuerunt, & ab Ecclesia etiam ut tales declarati. Nec ullibi extat praeceptum contrarium: quin potius Christus solum consilium dedit Evangelicae paupertatis tamquam viam ad perfectionem *Matth.* 19. Contrarium praeterea omnino fuisset bono generis humani lapsi, si non foret bonorum divisio, quoad ea saltem, quae labo-

Immo necessaria fuit.

re & curā indigent (ut consideranti patet) sic ut ratio dicitur hujusmodi divisionem bono universi esse planè necessariam. Aliud est de quibusdam, quae etiamnum manent communia; id potius exigente seu suadente ratione & bono communi. Pro quo.

Notandum III. *Instit. de rerum divisione* diversa bonorum humani juris genera recognoscit, scilicet Communia & Publica, Universitatis, Singulorum. Communia omnium mortalium sunt mare. Publica unius populi sunt flumina. Universitatis, sunt bona oppidi vel pagi, veluti forum. Ex quibus quaedam directe pertinent ad utilitatem civitatis, ex consequenti tantum ad utilitatem singulorum, ut sunt vectigalia, armamentaria; quaedam verò etiam directe singulis profunt, ut nemora & pascula communia. Singulorum bona censentur, quae ad privatas personas aut familias pertinent. Quò etiam spectant bona aliquarum societatum, non communia omnibus civibus.

83. Quae differentia inter bona Communia, Publica, Universitatis & Singulorum.

Prædictis adduntur *Instit. sup.* res nullius, quae scilicet sunt divini juris, ut Aedes sacrae, altaria, res consecratae. Sed haec revera habent inter homines dominium, quantum ad ea, quae sunt pretio aestimabilia: etsi usus earum sit restrictus juxta exigentiam rei sacrae. Verò autem nullius sunt ferae, volucres silvestres, pisces fluminum &c. quae possunt occupatione fieri singulorum.

Quae in jure dicuntur nullius

Ad mare etiam reducitur littus, quod est continens seu circumjacens maris terra, quatenus aestu maximo (qualis est hibernus) operiri solet, estque similiter commune. Hodie tamen (ut refert *Tuldenus in Instit. h. t. c. 7.* Veneti maris Adriatici, Baltici verò Rex Daniae dominium sibi vindicant, tamquam diuturnā possessione ex communi publicum fecerint. Et (ut refert *Valerius Andreas in Notis ad Instit. de rerum divis. n. 5.* quem vide) Principes hodie ferè vindicant jus in mare, quā parte ditioribus suis adjacet, ac in litus maris. Unde etiam (ut praemittit) hodie ex edictis Principum Belgii aedificare in littore maris aut alio loco publice permissum non est, nisi accedat auctoritas Principis vel reipublicae. Ut nec permissum est in littoribus, seu dunis (ut Nostrates vocant) pecora pasceri, ligna, scilicet, tribulos, gramen praescindere, venari, & effodere cuniculos in littore maris. De quibus *Zypaeus in Notis. Jur. Belg. l. 11. Tit. 2. de Ravicularis &c.*

84. Mare & littoris dominium quod sibi principes hodie vindicant.

Plura alia de dominio fluminum, riparum, insulis in iis natis, piscatione, vectigalibus seu portoriis, & similibus, accomodè ad mores nostros tractata, videri possunt apud *Valer. Andr. in Notis ad Instit. de rerum divis.*

Q U Æ S T I O V.

De Peculio Filiorumfamilias & Servorum.

ducuntur, lucra inde comparata; seu generatim quidquid filiusfamilias non erat sine militia accepturus *L. Castrense II. ff. de Castrensi pecul.*

Quasi castrense dicitur, quod ratione militiae sacrae vel togatae acquiritur. Clericatus enim est velut spiritalis militia. Idemque est de officiis publicis non Mechanicis, puta advocati, notarii publici, iudicis, professoratus artis liberalis &c. Bona proinde praedicta ob quamdam similitudinem quasi castrensa dicuntur, & gaudent illam omnino privilegiis, quibus castrensia; ut apud omnes Jurisconsultos & Theologos est in Confesso. Unde quicquid provenit ex Beneficiis Ecclesiasticis seu officio Clericali, spectat jure & usu pleno ad Clericos: immo quidquid non profectitium acquiritur post clericatum *Auth. Presbyteros & Diaconos C. de Episcop. & Cleric.* Similiter quidquid ex officio publico provenit, aut ejus intuitu datur, puta libri ad professionem exercendam, spectat ad ejusmodi filios. Hinc non potest pater de bonis castrensis aut quasi castrensis filii quidquam sibi usurpare, nisi pro alimentis filii, quando ipsum de suis alit: alias tenetur ad restitutionem si filium velit; qui si non speret futurum ut parens restituat, potest juxta *Lessium l. 2. c. 4. d. 3.* ut occultam compensationem, vel certe mortuo patre exigere à coheredibus. Quod notandum est, praesertim pro adolescentioribus Canonici; qui id etiam videntur debere petere, nisi sit res parvi momenti, aut parentes vel coheredes sint pauperes.

Peculium adventitium dicitur, quod extra militiam armatam, togatam vel sacram filiifamilias advenit aliunde quam à patre, aut respectu ad patrem, veluti ex proprio labore & industria, prospera aliqua fortuna, v. g. inventione thesauri, hereditate paternâ, testamento, donatione cognatorum (nisi facta foret principaliter contemplatione patris; quod in dubio non praesumitur) aut simili modo.

Peculium profectitium dicitur, quod ad filium pertinet seu profectitur ex re patris, vel ejus causa, veluti quae parentis concidunt filiis ut ea administrent, vel donantur filiis intuitu parentum, seu ob horum obsequium & amicitiam.

Utrumque hoc peculium (quod communi nomine Pagatum dicitur) jure veteri erat totum patris quoad proprietatem & usufructum, ratione patriae potestatis. Postea tamen placuit profectitium pleno jure spectare ad patrem (cum juxta Imperatorem *Instit. Per quas personas &c.* non sit occasio invidendi in eo, quod ad patrem revertatur id, quod ex ejus occasione profectum est) Adventitium vero quoad proprietatem seu dominium directum spectaret ad filiumfamilias, qui idem praeter ceteris post mortem patris sibi totum vindicabat

88. Quodnam quasi castrense & qui spectat ad filios.

89. Quod est seu peculium adventitium.

90. Quodnam est profectitium.

Hujus jure communi patris est Dominium, si filius non usufructuarius.

85. Peculii etymologia quae. Ejus à pecunia distinctio. Quis sit generatim.

**P**ECULIUM & pecunia à pecoribus, in quibus substantia veterum omnis consistebat, & quorum figura nummi signabantur, dicta sunt. Pecunia quidem (quae modò denarios vulgò denotat) majus patrimonium: peculium verò (quod generatim quoque significat quaevis bona alicui peculiaria, etiam bonis patrisfamilias) pusillum pecuniam, sive pusillum quid & modicum patrimonium filiifamilias vel servi, quod separatim permisso patris aut domini ab eis habebatur, significabat.

86. Filiifamilias qui.

Quomodo olim jure Romano erant sub patria potestate, instar servorum.

Nam filiifamilias (quo nomine intelliguntur filii & filiae & nati deinceps ex filiis, non item ex filiabus) ad instar servorum olim erant sub patria potestate, ultra terminos juris naturae & Gentium, jure Romanorum decreta (quae legitimatione vel adoptione etiam in alios, quam legitimos filios acquirebatur; morte patris, etiam civili, emancipatione &c. solvebatur, ut videre est apud *Juristas ad Instit. l. 1. Tit. 9. & 12.*) ut quidquid ipsis acquirebatur, aut ipsorum erat, ad patrem pertineret, uti quidquid erat servi, ad dominum. Cum ea differentia, quod filium vendere non erat patri permittum extra necessitatem extremam; & tunc, quidem ea lege, ut emptor illum semper liberare cum ingenuitatis recuperatione cogere, restitutum dumtaxat pretio; quodque in commerciis quoad extraneos esset inter utroque nonnulla diversitas. De quo *Gudelinus de jure Noviss. l. 1. c. 13. n. 8.* Unde est in jure Romano emancipatio seu relaxatio patriae potestatis coram competenti iudice, denotat filium quasi patris mancipium fuisse. Verumtamen res haec circa filios postmodum temperata, ut aliquod peculium habere, etiam tamquam proprium, possent. Pro cujus intellectu.

Postmodum hac temperata circa filios.

87. Quadruplex nunc eorummodum peculium.

Distingendum est quadruplex peculium filiorum, quod scilicet habent separatim à patrimonio patris, Castrense, quasi Castrense, Adventitium, & profectitium.

Quodnam peculium Castrense, & qualiter sit filiorumfamilias.

Castrense dicitur, quod in militia saeculari vel ejus occasione comparatur. Hoc pleno jure quoad dominium & usufructum (de quo proinde potest completa pubertate disponere per testamentum) competit filiifamilias, ac si essent patresfamilias; quibus id solum remansit, ut intestatorum bona eis deferantur, non tam jure hereditatis, quam peculii (quae est meriti tui differentia, non rei) *L. 2. ff. de Castrensi Peculio.* Huc spectant mobilia, etiam à parentibus donata profectitibus ad militiam, stipendia, praedae hostiles, donativa

dicat, ne (ut inquit Imperator *Supra*) quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accesserit. hoc in alium perveniens, luciosum ei accedat. Patri nihilominus in his relinquatur usque ad mortem suum usufructus; cuius dimidium retinet, filio emancipato. Vide *Instit. ut. & L. 4. c. 6. C. de bonis qua liberis.*

91. Quibus casibus patri non competat usufructus in adventitiis filii.

Sunt autem casus, quibus peculii adventitii nequidem usufructus cedit patri, quod categoris induit conditiones peculii Castrensis. Prout illud, quod donatur Filio familias à Principe est in peculio quasi castrensis, quod etiam pertinet ad feminas *L. 7. C. de Bonis qua liberis.* Similiter quod eà lege obvenit filio, ut hujus, non patris sit usufructus; *Authent. Excipitur dd. Tit.* Eadem est ratio hereditatis, ad quam filius unà cum patre admittitur: nam visum est satis, hoc casu patrem habere consortium proprietatis *Novellâ 118. c. 2.* Idem est, si pater usufructum remittat *L. 6. §. 3. C. de Bonis qua liberis.* Item si iniqui divortii culpa (idem de hæresi in pœnam ordinatum colligit *Lessius lib. 2. c. 4. dub. 3. ex c. 2. §. fin. de Hæret. in 6.*) indignum patrem usufructu reddat *Auth. Idem est C. eod.* Idem denique est quoad hereditatem, quam adire filium pater vetuit *L. fin. sub. int. C. eod.* Non est enim æquum, ut patrens commodum reportet ex eo, quod ipso nolente filio obvenit.

92. Quale peculium censetur lucrum industria filii ex pecunia patris.

Siquærat aliquis, quid censendum de lucro industriae filiorum familias negotiantium, pecuniâ à patre acceptâ, etiam furtivâ? Respondit *Molina disp. 234.* fieri peculium adventitium, adeoque filiorum quoad proprietatem; patris quoad usufructum, si negotientur proprio nomine & periculo: eò quod sit fructus industriae; veluti si eadem pecuniâ negotietur extraneus, aut si filius alterius extranei pecuniâ etiam furto acceptâ lucrum faciat. Si autem nomine & periculo patris negotietur, censetur agere ejusdem procuratorem, adeoque lucrum esse peculium profectitium. Ita *Molina.*

93. An filiusfamilias censetur adventitiis merces operarum exquirere.

Si alterius quis perat, quid censendum de labore seu operis extraordinariis filii familias, excrelescentibus valore eorum, quæ pater insumit alimentatiõni? Respondit *Lessius l. 2. c. 4. dub. 3. §. 7.* filium, si non insinuet se cupere lucrum, censi illud concedere amori parentum, nec postea exigere posse: secus si lucrum seu mercedem specialem se velle (de qua videtur posse pacisci cum patre) ostendat. Quod proinde ceteretur adventitium filii, & post mortem patris præcipuum (ut jura loqui solent) seu ultra ordinariam portionem præ ceteris heredibus obtinendum. Et consonat *Instit. Per quas personas §. 1. in fine.* Videri etiam potest *L. 6. C. de bonis qua liberis.*

94. Mores hodierni quid.

Observandum prædicta omnia procedere secundum jus commune. At moribus

nostris Castrensis quidem & quasi Castrensis (idemque est de profectitiis, quâ talibus) sequuntur regulam juris communis juxta *Valer. Andr. in Not. ad Instit. Per quas personas.* De adventitiis non est eadem ubique consuetudo. Nam in Gallia generali consuetudine non competere in his patri usufructum refert *Joannes Papo*: oppositum autem in patria consuetudinaria judicatum, refert *Chassaneus* apud *Valer. Andr. Sup.* addentem moribus Germaniæ plerisque in locis etiam matribus competere usufructum in filii bonis; ut pateat non provenire ex jure patriæ potestatis civilis, quâ in matribus nulla erat, & modò hic locum non habet.

95. An vel qui hodie vigent patriæ potestatis.

Solum enim manet ex parte filiorum observantia, obedientiaque in rebus ad mores & familiæ gubernationem spectantibus, patri & matri ex æquo debita: in his autem potestas quædam custodiæ, tutelæ, & curæ liberorum, item correctionis, & moderatæ punitionis (quæ juxta *Molina* etiam senioribus interdum convenit, & præsertim propinquis, circa pueros delinquentes in absentia seu defectu parentum, & maxime tutoribus seu curatoribus, vide *Lugo disp. 5. n. 5.*) & bona eorum, saltem minorum, administrandi. Quibus quoad hereditates aliunde obvenientes interdum à testatore aut Magistratu pupillari jungitur alius curator.

96. Soluti, toro quid competat superstitii.

Soluti toro conjux superstes retinet plerisque in locis dominium medietatis conquestorum & mobilium, alicubi proprietatem omnium mobilium, & immobilium defuncti usufructum, alicubi ex his solum dõerium, ut vocant, aut certam partem, sive ex lege, sive ex contractu antenuptiali; ceteris ad proles sui juris sive agnatos, sive alios heredes scriptos plenarie devolutis. Qua in re spectandæ locorum singulorum consuetudines, aut etiam pacta. Notatque signatè *Peckius l. 5. de Testam. Conjugum §. 6. n. 6.* usufructuario conjugii onus alendorum, dotandorumque filiorum incumbere; quod (inquit) *Lavanii*, & in aliis Brabantiæ locis videmus.

97. Emancipatio hodie qualis est? Matri competit.

Servatur denique circa filios quædam adhuc emancipationis (quæ tamen magis abdicatio quædam est) forma, quatenus parentes, potissimum, ne umquam teneantur ex factis liberorum, eos mittunt è patre, ut vulgò loquuntur. Quod & matres (quarum tamen potestas magis apparet soluto matrimonio, quo stante potestas principalis est penes virum, qui caput est etiam mulieris, viro quoad gubernationem & correctionem subjectæ) faciunt; ut signum sit non fieri vi patriæ potestatis civilis. Solvitur præterea hæc potestas patria per vitam monasticam, sacerdotium, majorrennitatem, matrimonium etiam minorrennis (unde non sunt nepotes hic umquam in potestate avi) magnam dignitatem. Vide *Valer.*

Quomodo præterea potestas patriæ solvantur.

Valer. Andr. in Not. ad Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.

98. Quid intelligatur nomine servorum.

Servi (quo nomine etiam servæ seu ancillæ intelliguntur) opponuntur liberis, quibus est plena potestas hominibus à natura concessa agendi in licitis pro arbitrio. Quæ potestate seu libertate servi carent, utpote dominio alterius subjecti, qui de illis veluti de sua pecunia disponit, etiam vendendo, adeo ut omnis utilitas & commodum servorum cedat domino; cum cuique res sua fructificet.

99. Servus opposita libertati non est à natura inducta.

Quæ quidem servitus opposita libertati (ut excludantur servitutes personales & prædiorum, de quibus antea) non est à natura inducta omnes enim nascuntur conditione pares, quantum est de per se. Nec fuisse in statu innocentia. Itaque (ut ait Augustinus 19. de Civit. c. 15.) nomen istud, servi scilicet, culpa meruit, non natura.

Nec fuisse extra peccatum.

Inducta igitur servitus post peccatum, etiam usitata fuit in veteri Lege, in qua frequens est servorum mentio; uti etiam in Epistolis Apostolicis. Inducebatur etiam captivitate in iusto bello (unde mancipia, quasi mancipia) condemnatione (qui servi poenæ dicebantur) (venditione sui facta à libero majori viginti annis ad pretium participandum; & natiuitate, ex ancilla videlicet. Ingenui enim sunt, qui ex libera matre (sufficit si tempore partus vel conceptionis, vel intermedio aliquo libera fuerit, Inst. de Ingenuis) hæc enim liberum parit. Servi autem nati in domo domini, dicuntur vernaculi iisdem. Libertati servi donabantur per manumissionem, quæ est à manu & potestate missio, adeoque ipsa libertatis datio. Idem dicebantur Libertini. Plura de his in Inst. l. 2. Tit. 3. & seqq. & apud Jurisconsultos. Videri potest Lexicon Juris Joannis Calv.

Nota est in Scripturis. Quot modis inducatur.

Qui ingenuus, vernaculi libertini.

Quid nomen.

100.

Servitus inter Christianos utrimque exolevit.

Adscriptiorum gloria nonnulla variis in locis mansere vestigia.

Hodie inter Christianos utrimque nulla servitus proprie dicta. Quæ præcisè tempore exoleverit, non exactè constat juxta Valer. Andr. in Notis ad Inst. de his qui sui. At Tuldennus ad eundem Tit. c. 4. dicit jam ab anno 1250. in usu esse apud Christianos desuisse. Adscriptitiorum seu Colonorum, qui glebæ seu terræ addicti, nonnulla imago superest in iis, quos Germani proprios homines appellant; quales reperiuntur nonnulli in quibusdam Belgii locis, & plures per Westphaliam & finitimas regiones. Eorumque conditio annuâ inter vivos pensionem, & in mortuis honorario (quod Cathalli optimi nomine apud nonnullos Flandrorum venit) redempta est, inquit Zypæus Not. Jur. Belg. l. 6. Tit. de Servis. Sed plenius eorum opera & conditiones describit. Val. Andr. in Notis ad Inst. de his qui sui. merito videndus.

101. Servi in Gallia & Belgia an fiant liberi.

Quin immo in Gallia servos beneficio regionis liberos fieri, pluries iudicatum refert Charondas apud Zypæum sup. qui addit eundem usum apud Belgas constare iudi-

cio Pælamæstii, Mechliniensis; quod aliquando libellum domini requirentis servum fugitivum rejicit, eò quod nimirum regiones nostræ modò personalem servitutem ignorent. De quo etiam videri potest Gudelinnus de Jure Noviss. l. 1. c. 4. Solum sunt famuli conductitii, qui salva libertate operas suas ademptus elocant, ut inde quæstum faciant. Unde hic ferè cessat hodie omnis de servis, & consequenter postliminio, Juris scripti prudètia, nisi quatenus inde probabilis ad alia argumentatio deducitur; de quò Tuldennus ad Inst. de his qui sui vel alieni c. 9. Generalis quoque notitia utilis est intelligendis sacris Scripturis, & veterum monumentis.

De servis porò dubium est apud Theologos, an ullius rei dominium habeant. Et omnino videtur quòd non, loquendo de perfecte servis, ac secundum jus cælarum. Probatur ex Inst. Pe. quæ personas §. 3. Item vobis, ubi expressè dicitur, servos quidquid acquirunt quavis causâ vel occasione, acquirere dominis: Ipse enim servus (ut subditur) qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Eadem habentur L. Acquiruntur 10. §. 1. ff. de acq. rer. dom. Refert etiam Lessius c. 4. dub. 4. & Wiggers Tract. 1. c. 3. dub. 7. verba aperta ex L. Id vestimentum. 25. ff. De peculio: quæ tamen ibi non reperiuntur. Proinde Gudelinnus in Syntagm. de Reg. Juris c. 4. n. 12. certissimum dicit, eum, qui verè servus est, nihil suum habere posse. Adeo ut etiam peculium, seu pusillum velut patrimonium servi, quod administrat, & in quo negotiatur, reverà domini sit, ab ejusque voluntate pendeat, & adimi servo quodcumque possit: ut nulla in eum, veluti nil habentem, quod præstare, aut solvere queat, obligatio cadat: ut nihil possideat, veluti ab altero possessus: in summa, ut jure civili pro nullo atque mortuo habeatur; prout iuribus allegatis tractat Gudelinnus l. 1. de Jure Noviss. c. 3. & in Syntagm. Reg. Jur. c. 4. Unde est sententia vulgata ac teste Navarro Comm. de Reddit. q. 1. Monito 10. in praxi & theoria recepta (quæ ex Innocentio scribente in c. Cum olim de Privil. citant Lessius, Wiggers & Alii, etsi ibi Innocentius non faciat mentionem de servis) Servum & monachum in eo esse pares, quòd neque alicujus rei dominium habeat.

Consuetudine tamen potuit rigor iste quoad servos mitigari, & verò iudicio multorum mitigatus videtur in locis, in quibus servi adhuc reperiuntur, ut aliquid proprium eis possidere liceat. Ubi tamen consequenter recessum est à conditione perfectæ servitutis. Prout etiam ab ea receditur, si permisso dominorum habeant aliquid proprium; prout ab eis permitti posse, uti totam servitutem manumissione tolli, censet Poncius d. 50. q. 2. n. 10. Videri possunt plura de dominio Servorum apud

beneficio re. gionis. Sicut ibi soli conductitii.

Jurisprudètia de servis ad quædam videtur utilis.

102. An servi de rigore juri civilis habeant aliquid suum domini.

103. An ex consuetudine, & consuetudine dante dominum, ni.



Lugo disp. 3. sect. 3. Lessium & alios

QUESTIO VI.

An vel Quorum Religiosi Habeant Dominium?

104. Religiosi professi sunt incapaces dominii, etiam imperfecti.

Dico I. Religiosi professi in particulari sunt incapaces omnis dominii, siue perfecti, siue imperfecti, puta feudi, emphiteulis, usufructus, juris possidendi, omnivse alterius juris honorum temporalium. Est certum apud omnes. Et per e. c. Cum ad monasterium, de statu monachorum, & aliis iuribus. Inter quae Franciscus Bona Spei Tr. 1. d. 3. dub. 4. n. 73. refert e. cum olim. 2. de Privilegiis. Sed ne verbum ex iis, quae allegat, neque aliud quidpiam ad propositum ibi habetur. Unde verba Innocentii Canonistae n. 111. alleganda pro verbis. Decretalis ab ipso supposita sunt.

105. In quo fundatur haec incapacitas.

Ratio conclusionis sumitur ex voluntate Ecclesiae, quae Religiosos professos reddidit ita incapaces; quod alioquin votum paupertatis (ut patet in non solemnibus, aut emisso extra Religionem approbatam) facere non posset, nec quodvis propositum nostrum: quantumvis enim proponeremus & voveremus, voluntate mutata valide acceptarem dominium. Immo solemnitas voti ex parte consistit in hac incapacitate, tum etiam in incapacitate matrimonii contrahendi (cui accedit effectus praecipuus voti solemnibus, scilicet potentia dissolvendi contractum ratum) ac stabilitate votorum & quasi contractus, cui non solum Religiosus, sed & Religio non potest renuntiare, & quae vota etiam Papa non solet (quidquid sit de potentia absoluta) relaxare. Possit tamen incapacitas dominii etiam extra professionem solemnem in aliquo caulari per mandatum aut legem Civilem seu Ecclesiae; prout de facto Coadjutores (quos vocant formatos) in Societate Jesu citra solemnem professionem habent huiusmodi incapacitatem ex Statuto Sedis Apostolicae, juxta Lessium c. 4. d. 5. n. 23.

106. Quis peccat in contraveniens votum paupertatis?

Ex quibus patet Religiosos peccare contra votum paupertatis exercendo actus aliquos dominii seu proprietatis, quos omnes cum ipso dominio abiecerunt per professionem. Unde peccant recipiendo, retinendo, alienando aliquid contra vel citra consensum saltem tacitum superioris, vel abscondendo ne superior sciat vel auferat, vel rem habendo nomine suo, eam nolendo permittere dispositioni superioris, aut conquirendo quasi de injuria, si aliquid auferatur, aliisve modis: de quibus in materia de Paupertate Religiosa. Videri potest Basilius V. Paupertas Religiosa, & alii passim obvia.

107. Quid com.

Nihilominus Religiosi Beneficarii, ut Abbates, Priores, Praepositi, Commenda-

tores, & similes habentes beneficia regularia vel secularia, habent durante isto statu, vi juris, & consuetudinis, non quidem dominium, sed potestatem administrandi fructus suorum beneficiorum, tum ad congruam sustentationem, tum ad pias causas; nisi in aliquibus fortasse obstat speciale statutum Ordinis.

Quod etiam extendit communis quasi sententia contra Sotum, Vasquez, Michaelem Medina, Angles & alios ad Religiosos factos Episcopos, utpote manentes vere religiosos & incapaces dominii proprii, qui proinde solum sunt administratores ad honestos usus. Ita D. Thomas, Cajetanus, Covarruvias, Navarrus, Molina, Sanchez & alii passim, relati a Castro Palao de Chavirata. disp. 2. p. 8. n. 3. Ut proinde tales prodigè disponentes res Ecclesiasticas peccent juxta Lessium, Sanchez, Coninck (quos citat & sequitur Castro Palao sup. n. 5.) contra justitiam, & accipientes teneantur ad restitutionem, nisi Ecclesia remittat.

Observanda quoque est constitutio Tridentini sess. 25. c. 2. de Regular. decernentis, ut nemini Regularium liceat bona immobilia vel mobilia, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, sed statim ea Superiori tradantur, conventibus incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem aut commendam. Administratio autem ad solos Officiales ad numerum Superiorum amovibiles pertineat. Mobilium vero usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihil superfluum in eis sit, nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quae Constitutio ad litteram observanda, & ubi non observatur, ad viridem observantiam reducenda est: quia ejus observantia est necessaria ad vitam communem, quae nil antiquius Religiosis Congregationibus debet esse, utpote quae est fundamentum charitatis & stabilitatem ac ornamentum vitae religiosae, virtutumque religiosarum. Et plane experientia docet, ea servata nil deesse necessarium quibusvis Religiosis: quibus proinde sollicite providere pro posse debent Superiores de necessariis, ne (quod asolet) eorum defectu monstra peculiorum renascantur. Si quoque zelus & unitas debita non desit, facile erit perfectam vitae communionem introducere; dum videlicet singuli sic solliciti fuerint pro conquirendis eis, quae in commune conferenda forent, sicut solent pro privatis pecuniis & commodis procurandis esse solliciti.

Non est tamen quaestio, quin (quod praxis probata docet) possit permissi moderatus usus censuum vitalium, revocabilis ad nutum, hac ratione, ut sit pecunia, ejuisque tamquam boni communis & monasterio incorporati dispositio penes Superiores, & admi-

petat Prae-latis & beneficiariis Regularibus.

108. Quid asumptis ad Episcopatum.

109. Notanda constitutio Tridentini circa pecunia Regularium personarum.

Quam utilis & necessaria illa, ac vitae communis observantia.

110. Quae praxis probata.

administratores Monasterii, ad quos causa existente regularis persona humiliter recurrat.

An Tridentinum statuat jus novum.

Sunt præterea varii Doctores, cum Navarro existimantes Tridentinum non statuisse jus novum. Sed communior doctrina omnino contradicit, asserens ad tollendos & cavendos abusus, ac vitandam omnem speciem proprietatis vetuisse concedi Religiosis peculium, non quidem ad præsentaneum usum, sed ad usum in accessu temporis contingentem, quantumvis nomine conventus, & exclusis iis, quæ votum paupertatis in rigore excludit: quâquam juxta Castro Palao Tr. 16. de Statu Religioso disp. 3. p. 7. consuetudo pluribus in locis rigorem Tridentini temperaverit.

III. Communitati Religiosorum competit dominium.

Dico II. Communitas hujusmodi Religiosorum regulariter loquendo potest habere verum dominium, & de facto habet. Est communissima, & sensu ac praxi omnium recepta sententia, contra Navarorum Comment. 2. de Regular. n. 3. & alibi, asserentem penes Congregationes Religiosorum esse solam administrationem, dominium penes Christum.

Probat Iure

Probat in primis: quia Tridentinum sess. 25. c. 3. de Regular. Concedit omnibus Monasteriis & domibus tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francisci, Capucinorum, & eorum, qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat, utique tamquam verè sua, prout possessio juris, neque in ignorantia fundata importat. Deinde Pontifices, signanter Nicolaus III. c. Exult. de Verb. Signif. in 6. tamquam quid Fratribus Minoribus, eorumque Congregationi peculiare tradunt & declarant, eos nullius rei immobilis aut mobilis habere dominium, etiam in comuni, sed hoc pertinere ad Papam; qui proinde pro suo arbitratu potest de rebus eis concessis disponere. Supponunt igitur aliis Congregationibus Religiosis competere dominium rerum temporalium. Quod etiam supponit dictum commune delictum ex Innocentio in c. Cum olim S. Præterea, Verbi Dederat, 2. de Privil. ibi: Monachibus quicquid acquirit, Monasterio acquirit; utique tamquam Domino.

II2. Et ratione.

Ratio est: quia dominium hujusmodi non excluditur à Congregationibus Religiosis, sive ex ordinatione Ecclesiæ (quæ nusquam apparet) sive ex intentione conventium (quæ etiam eò se non extendit) sive ex intentione piorum donantium, qui dominium transferunt in donatarios, alioquin capaces: uti congregatio est capax: quemadmodum dominium aliarum elemosinarum transfertur in pauperes capaces. Ecclesia verò dispositionem de bonis Monasterii certis limitibus restringendo

non tollit dominium, sed reddit minus expeditum; prout aliàs dominus potest lege quandoque impediri in aliqua bonorum dispositione.

Excipiuntur à conclusione Franciscani (quos solos etiam excipit Tridentinum supra) quorum paupertas altissima excludit omne omnium temporalium, etiam mobilium dominium, tam in speciali, quam in communi; eamque velut sanctam & meritoriam commendat Nicolaus III. c. Exult. de Verb. Signif. in 6. de qua ante Nicolaum III. dicit Innocentius V. Alta paupertas est habere pauca propria propter Deum; altior, quæ nulla habet propria, tamen habet in communi; altissima, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio nec in communi. Eandem ad cumulum sive etiam culmen Evangelicæ perfectionis pertinere, atque ad eò illam esse majoris perfectionis, quam quæ possessiones admittit, ex professione contra contemporaneos Religionis adversarios Parisiis exortos, ac à Sede Apostolica repressos, propugnat solide S. Bonaventura Opusc. de Paupertate Christi q. 1. art. 1. Apolog. Pauper. Resp. 3. c. 1. & Resp. 4. c. 2. Et D. Thomæ Opusc. 17. contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à Religione c. 15. Et Opusc. 19. contra Impugnantes religionem c. 6. quo priori loco doctrinam asserentem id non pertinere ad perfectionem, meritò vocat vanam, immo pestiferam & Christiana contrariam.

In hac nihilominus expropriatione continentur sola temporalia, quorum possessio scilicet vel jus ad illa confert ad divitias. Adeoque non continentur bona animi, vitæ, membrorum, famæ, honoris; circa quæ Franciscani, uti & ceteri particulares religiosi cum sæcularibus sunt pares in jure. Jura etiam spiritualia possunt omnes habere, v. g. ad electionem activam aut passivam, administrationem Sacramentorum, prædicationem Verbi Dei, sepulturas fidelium &c. Adfructus tamen temporales inde provenientes non habent, sed ex eis velut elemosynis aut laborum stipendio juxta Regule tenorem possunt recipere necessaria pro sustentatione.

Agento verò tenore Tridentini permittitur est ceteris Religiosis, etsi constitutiones obstant, possidere in communi etiam immobilia. Ut proinde id liberum foret vi Tridentini etiam pauperibus Dominibus seu Clarissis primæ Regulæ; etsi amore paupertatis altissimæ privilegium hujusmodi non admittant: quod eis liberum erat. Prout etiam domus professæ Societatis Jesu non possident juxta constitutiones & decreta Pontificum bona immobilia in communi; præter ea, quæ ad usum proprium & habitationem opportuna sunt. Unde horum, uti & mobilium ad usum prædictum pertinentium, habent dominium. Privilegio autem Tridentini cessit Societas, cum hujusmodi paupertate

113. Excipiuntur etiam universali Minoriarum.

Quorum paupertas in dubitatur est altior & perfectior.

114. Quis censendum sit iuribus ad bona animi vel spiritualia.

115. Possessio mobilium in Tridentini libera est pauperibus Clarissis, etsi privilegium non admittant. Cui etiam Societas Jesu quædam domus professæ, cum quadam exceptione.

Qu. VII. An Clerici habeant Dominium fructuum beneficii. 305

perate & incapacitate postea confirmata à Pio V. & Gregorio XVI. ut habet Suarez To. 4. de Relig. T. 10. l. 4. c. 9. dub. 2.

Dico III. Potest cum dominio in partibili consistere Status religiosus cum tribus votis simplicibus emissis in communitate per Sedem Apostolicam approbatam, cui quis tradit se gubernandum juxta regulam ab eadem Sede approbatam: atque ita de facto consistit in Scholasticis & Coadjutoribus emittentibus vota simplicia in Societate Jesu post biennium probationis. Estq; in comperto ex Constitutione Gregorii XVI. Ascendente Domino eadem de re edita. Ratio est: quia non obstante dominio, manet in iis tam ipsum dominium (quod ad arbitrium superioris debent relinquere) quam illius usus, dependens continuo à nutu & voluntate superioris, perinde ac si dominium non esset; ut proinde eo non obstante pariter peccetur usu, si adit consensus superioris expressus vel tacitus.

Immo Lessius c. 4. dub. 5. n. 23. censet dispositionem in alium per donationem, testamentum vel aliter absque consensu superioris esse invalidam. Quod tamen negat Lugo disp. 3. §. 4. n. 79. & alii Doctores Societatis: quod non proferatur hactenus lex irritans. Et quidem planè constat, dominium se extendere validè ad omnem dispositionem, nisi lege impediatur; cum itaque in præfatis Religiosis sit dominium, consequenter ipsum se extendit validè ad omnem dispositionem, quousque sit aut proferatur lex non solum simpliciter prohibens, sed & irritans. Ut proinde non habeat per omnia locum comparatio pupilli.

Nec obstat Conclusio c. Cum ad Monasterium, de Statu Monach. ubi dicitur nec Papam in eo dispensare posse, quòd quis Monachorum proprium aliquo modo possideat. Nam non potest in primis citra gravissimam causam. Deinde non potest stante solemnè professione monachali, quæ eatenus incapacitatem domini involvit, etiam non status religiosus ut sic seu in communi. Præterea loquitur de possessione proprietaria respiciente simul usum proprietarium, quæ non consistit cum natura religionis.

QUESTIO VII.

An Clerici Seculares Habeant Dominium, præsertim Fructuum Beneficii?

Non est questio, quin Clericis non minus quam laicis competat dominium bonorum patrimonialium, quæ nimirum acquirunt tamquam laici, puta hereditate, donatione, emptione, industria, aut simili modo. Ex nullo enim capite restringitur in similibus eorum libertas & capacitas. Constat idem apertè ex Alexandro Herinax Sum. Theol. Pars III.

III. c. Quia nos, de testamentis, & communi sensu ac praxi.

Idem satis constat ex communi Doctorum sensu & praxi de quali patrimonialibus, quæ scilicet acquirunt clerici ministeriis propriis clericorum non autem ex beneficio; puta stipendiis quæ habent ex celebratione missarum, cantu choralis, auditione confessionum, vicariâ temporali: dantur enim hæc ipsis per modum justis stipendii laborum, absque intentione expressa vel tacita restringendi ipsorum potestatem; quam etiam donantes restringere merito non possent. Sanè si pauper fiat dominus elemosinæ quam accipit sine onere; quidmi clericus justis stipendii? Idem est de iis, quæ dantur alicui clerico ad sustentationem à Prælatis Ecclesiæ.

E contra est apud omnes in comperto bona immobilia Ecclesiarum, ut sunt agri, prædia, jus decimarum &c. itemque sacramentum suppellectilem (quæ sunt bona merè Ecclesiastica) non spectare ad dominium privati alicujus clerici aut etiam prælati, sed eorum dominium esse penes ipsas Ecclesias, etiam particulares, spectatas in capite & membris, sive (uti loquitur Lessius c. 4. dub. 7. n. 51.) penes cæterum Ecclesiasticorum, uti bona monasterii penes cæterum monachorum.

Quod verò attinet ad proventus beneficiorum (qui etiam nomine bonorum merè Ecclesiasticorum intelliguntur) seu ea, quæ præcisè obveniunt ratione beneficiorum, spectatâ modernâ Ecclesiæ dispositione, sunt beneficiarii simpliciter eorumdem domini, etiam quoad superflua honoris sustentationis; de quibus proinde citra injuriam possunt disponere, etiam ad eas non pias, quamvis habeant obligationem ex genere suo gravem ea expendendi in pauperes seu pios usus. Ita communis Doctorum contra Navarrum, Covarruvias, & quosdam alios graves Auctores, præsertim Canonistas.

Declaratur assertio: nam olim quidem ante divisionem bonorum Ecclesiæ factam tempore Simplicii Papæ (qui sedit circa annum 470.) Episcopi, uti modo in monasteriis Abbates, bona communia per se, vel per alios dispensabant, prout congrua singulorum clericorum sustentatio requirebat, quibus si quid supererat, celebratur quasi non distributum. De superfluo etiam providebatur pauperibus, quorum singularem curam habebant. At charitate refrigescete, ad rixas & varia incommoda evitanda, mensæ Episcopali certa est assignata portio, fabricæ suæ, clericis quoque singulis sui sunt dati proventus, obventuri ex bonis annexis titulo cujusque præbendæ, quorum quidem bonorum sunt singuli instituti administratores, ut deinceps de fructibus tamquam suis, neque amplius commutibus, honestè semetipsos sustentent, relicta tamen obligatione de superfluo non ditandi amicos, sed pauperibus tribuendi, vel in alias

D d pias

Et quali patrimonialibus

120. Pones quod sit dominium immobilium & suppellectilem Ecclesiæ.

121. Clerici sunt domini fructuum beneficiorum, etiam quoad superflua sustentationis.

122. Declaratur.

116. Potest consistere Status religiosus cum dominio in partibili.

Facet ex declaratione Ecclesiæ circa Societatem Jesu.

Ratio allegatur.

117. An in hereditate consensus superioris sit necessarius ad valorem.

118. Solvitur obiectio de sumptibus ex c. Cum ad Monasterium de Statu Monach.

119. Clerici sunt domini patrimonialium.

pias causas expendendi, eò magis, quòd portio quæ in divisione pauperibus designanda erat juxta Capones 12. q. 2. non appareat passim separata fuisse.

123.  
Vulgata  
quadam  
probatio ex-  
pendit.

Nunc quòd Clericis simpliciter compe-  
tat in fructus dominium, probari solet ex  
c. *Unic. de Clericis non resid. in 6.* ubi statui-  
tur, recipientes distributiones aliter quàm  
juxta modum ibi præscriptum, non fieri  
earum dominos. Simile quid habetur in  
*Tridentino sess. 22. c. 3. de reform.* Sed etsi in-  
de colligatur dominium distributionum,  
non tamen efficaciter colligitur id quòd  
fructus præcisè beneficiorum: eò quòd sen-  
tentia satis communis ( ut videre est apud  
*Lugo d. 4. sect. 3.*) statuât distributiones in-  
ter bona quali. patrimonialia, veluti sti-  
pendium laboris & assistentiæ choralis. Si-  
cut propterea portio reddituum, quæ ex-  
trahitur ex aliqua præbenda, ut sit mer-  
ces Cantoris, vel Magistri Grammaticæ,  
transit in liberam dispositionem & quasi  
patrimonium.

124.  
Aliiter pro-  
batur.

Aliter probatur ex juribus frequenter  
statuentibus, ut clerici seu beneficiati non  
faciant fructus suos, si quid fecerint, vel  
facere neglexerint, v. g. si ultra bimestre  
distulerint professionem fidei, *Trid. sess. 24.  
c. 12. de reform.* Si Episcopi citra causas ap-  
probatas ultra trimestre abfuerint *Trid.  
sess. 23. c. 1. de reform.* Si beneficiati non re-  
cipient officium divinum *Pius V. Constit.  
135. Ex proximo.* Immo in *Tridentino sess.  
24. c. 12. de reform.* privandus decernitur  
pro prima vice medietate fructuum quos  
fecit suos, pro secunda vice omnibus, quos  
illo anno lucratus fuit Canonicus absens ul-  
tra trimestre. Supponuntur ergo fructus  
omnes alioquin esse sui, seu sub dominio  
beneficiorum.

125.  
Confirmatur  
id ipsius  
primò.

Confirmatur I. quia erectio beneficiorum  
sic fieri potuit, factam autem ita esse, col-  
ligitur non solum ex præmissis, sed etiam  
ex eo, quòd Ecclesia numquam invalida-  
verit alienationes non factas in pias cau-  
sas, aut ad restitutionem compellat, neque  
hoc prætextu umquam lis legatur inten-  
tata. Et sanè Ecclesia, quæ in minoribus  
obligationes restituendi declarat, v. g. cir-  
ca absentes ab officio aut residentia, vel  
omittentes horas, deberet talem obliga-  
tionem in præsentem declarare; quæ aliàs non  
est imponenda.

126.  
Confirmatur  
secundò.

Nil juris  
comperit  
etiam olim  
pauperibus  
in proven-  
tu Ecclesia-  
sticos.

Confirmatur II. quia ex nullo capite  
colligitur pauperes habere strictum jus ad  
superfluum, prout neque habebant ante  
divisionem, ante quam utique si admini-  
stratores reservassent superfluum in depo-  
sito Ecclesiæ, non tenebantur ad restitutio-  
nem ipsi aut etiam Ecclesia, cui simplici-  
ter censebantur oblationes & bona donata  
(esto donantes considerent Ecclesiam ejul-  
que ministros non defuturos in subvenien-  
dis pauperibus; quorum specialem haberi  
curam cernebant) quorum proinde fiebat

proprietary, uti pauperes privati eleemo-  
lynarum eis donatarum. Quare non cen-  
setur Ecclesia per divisionem imposuisse Cle-  
ricis novam justitiæ erga pauperes obliga-  
tionem.

Nec refert, quòd Clericis interdicitur  
testari de bonis Ecclesiasticis. c. *Quia nos, de  
testam.* Nam etiam interdicitur impuberi,  
qui tamè est dominus. Consuetudine etiam  
ferè generali contrarium est præscriptum.  
Unde potius sumitur argumentum pro no-  
stra assertione. Ratio prohibitionis erat,  
quòd par sit superfluum bonorum relin-  
qui Ecclesiæ, quòdque ita avertantur cle-  
rici studio accumulandi, & incitentur ad  
benefaciendum in vita sua.

127.  
An sit Cle-  
rici inter-  
dictum re-  
sari de bo-  
nis Eccle-  
siasticis.

Non refert etiam, quòd multi Patres  
& Pontifices dicant bona Ecclesiæ esse pa-  
trimonium Christi, res Dei, bona pauperum,  
Clericos esse procuratores & dispen-  
satores; ut videre est *12. quest. 1. & 2.* Nam  
sunt patrimonium Christi & res Dei, qua-  
tenus Dei, Christi que famulis ad hono-  
rem ejuldem donata, & ad honorem &  
cultum Dei etiam ab Ecclesia destinata:  
sunt bona pauperum, quatenus super-  
flua eis donanda, & quidem speciali ra-  
tione, spectando scilicet destinationem  
& ordinationem Ecclesiæ: quo modo cum  
quadam exaggeratione loquens *Bernar-  
dus Epist. 42.* invectitur in prodigos Cle-  
ricos veluti bona pauperum effundentes.  
Loquendo autem de tempore præcedenti  
divisionem (de quo varii loquuntur) sunt  
specialius bona pauperum, quatenus ipsi-  
met Clerici erant pauperes, omnia in com-  
muni possidentes, & necessarià ex eis sus-  
tentatione contenti. Quando etiam solum  
erant dispensatores & procuratores, qui ad-  
ministrationem habebant.

128.  
Quo sensu  
ea vocan-  
tur patri-  
monium  
Christi, res  
pauperum  
&c.

Hinc patet Clericos superflua non ex-  
pendentes in pauperes seu pias causas non  
obligari ad restitutionem; cum non contra-  
veniant legi justitiæ. Sicut dives non tenetur  
ad restitutionem, si omittat dare eleemo-  
lynam præceptam. Confirmatur: quia  
non est imponenda talis obligatio, nisi con-  
stet res esse alienam aut alteri ex justitià  
debitam; quod in præsentem non constat, ne-  
que Ecclesia declarat.

129.  
Non expen-  
dentes super-  
flua in pias  
causas, re-  
stituere non  
tenentur.

Nihilominus ex canonibus (quos *Na-  
varrus Comment. de Reddibus q. 1. Monit. 21.  
& seqq.* allegat) satis conspertum est, cleri-  
cos graviter esse obligatos ad superflua ex-  
pendenda in pias causas; uti apud Doctores  
communiter est indubitatum. Eam enim  
obligationem antea velut indivisam cen-  
sentur ex mente Ecclesiæ singuli in se pro-  
rata assumpsisse. Quam Ecclesiæ constan-  
tem mentem ac sensum declarans *Triden-  
tinum sess. 25. c. 1. de reform.* interdicit E-  
piscopis (quod ibidem extendit etiam ad  
Cardinales & quovis Clericos) ne ex red-  
ditibus Ecclesiæ consanguineos familiaresve  
suis angere studeant: cum & Apostolorum  
canones

130.  
Etsi gravi-  
ter peccat.

Allega-  
tur & de-  
claratur  
C. consue-  
tibus  
Ecclesiæ  
de iniuri-  
a  
de r. c.

canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, ut pauperibus distribuunt, eas autem non distrabant, nec dissipent eorum causa. Possent autem donare consanguineis, si de iis, uti patrimonialibus, possent ad usus indifferentes disponere. Loquitur vero Tridentinum de bonis potissimum mobilibus; quae utique sola possent dare consanguineis pauperibus; quibus etiam non solent reddi, sed proventus distribui; de quibus insuper secundum abusum à Tridentino correctum Episcopi suos locupletare solebant; in quibus denique tantum solet esse abusus ceterorum beneficiariorum, qui utique non praesunt de ipsius immobilibus suos augere.

religionis, quae vetet res Dei (quales sunt bona Ecclesiastica, uti in ordine ad praesentem materiam ponderat Tridentinum sup.) applicari tribus profanis seu non piis, an vero solum ex praepcepto positivo Ecclesiae, controversum est apud Doctores. Primum cenlet Lugo d. 4. s. 2. n. 16. & alii. Secundum Lessius c. 4. dub. 6. n. 47. & alii; ad quod nihil solidum allegatur, quod seposito praepcepto Ecclesiae gravem inordinationem urgeat. Quare non dubium, quin annuente Ecclesia sic possent fideles fundare beneficia (incertum est Poncio d. 40. q. 4. an de facto sic aliqua fundata sint, & videri possent quod in Germania, ut ait; de quo mihi non satis constat, ut praeter communes regulas iudicem) ea Deo dicando (prout & dicantur, quae piis pauperibus offeruntur propter Deum, cui ipsi seruiunt) cum expressa facultate liberrime disponendi de superfluis, uti de patrimonialibus. Quemadmodum etiam de parte sustentationi respondentem, si quae per parcitatem servetur, sic possunt beneficiarii juxta alios dispendere, quae tamen pars ejusdem est cum ceteris conditionis. Quemadmodum quoque (ut plura omittam) juxta ipsum Lugo sup. s. 3. n. 32. referentem ex Azorio To. 2. lib. 7. c. 9. q. 12. ita decisum à Rota, possunt Pensionarii, etiam titulo clericali, v. g. ratione resignationis aut permutacionis, de fructibus pensionis liberè dispendere: quamquam revera id non satis constet, & ab aliis negetur, praesertim de pensione clericali.

natura rei, an vero ex ordinatione Ecclesiae.

131. De subtractione congrua sustentationis quid censendum.

Intelligitur nihilominus haec obligatio juxta Doctores satis communiter de sola portione sustentationi congruae superflua; ut proinde de portione huic non superflua sit fas disponendi quasi de patrimonialibus, si circa se parioribus aliquid superperit, aut etiam sustentatio ex patrimonialibus accipiatur, servatis proventus beneficii: sicut enim de portione ista possunt disponere pro libitu in usus proprios, sic etiam videntur posse disponere in alienos honestos. Ita passim Doctores. Non sim tamen auctor, ut hujusmodi de parcitate specialia praecisiones, quarum Canones non meminerunt, quis in praxi adhibeat.

132. In subtractione sustentationis qualiter taxanda.

Juxta porro sustentatio, uti justum premium rerum venalium, non consistit in indivisibili, neque certa regula definiri potest, sed relinquitur iudicio timoratae conscientiae. Cui quidem prudenter formando deservire potest praxis non improbata aliorum ejusdem gradus & tituli, qui vulgo habentur pro timoratis.

133. Qua censetur hic materia notabilis.

Advertit quoque Coninck d. 27. de Virtut. Theol. dub. 11. n. 193. & alii, notabilem summam hic vocari, non quae furto sublata sufficeret ad peccatum mortale, sed quae posset dici pars aliquo modo notabilis reddituum superfluum ipsius beneficiati, ut si quis horum tertiam, quartam aut quintam partem in res profanas expenderet.

134. Consideranda in praesentatione superfluum.

In expendendo superflua habenda etiam est ratio Ecclesiae in qua est beneficium, & pauperum, qui in illa sunt: sic ut horum graves indigentiae praeferrant ceteris paribus debeant aliis. Extra necessitatem autem sufficit impendere superfluum in quascumque pias causas. Nec tamen condemnanda est citra necessitates pauperum graves sollicitudo aliquorum moderata thesaurizandi pro futuris necessitatibus, & praesertim pia fundatione; dum tamen caveatur frequens periculum, ne ea quae pararunt, postea fiant propinquorum.

135. An haec obligatio oriatur ex...

An vero praemissa adeo stricta obligatio seclusa gravi necessitate proximi oriatur ex natura rei, mirum ex obligatione Herincx Sum. Theol. Pars 111.

QUESTIO VIII.

De Variis Modis Acquirendi Dominium.

DOMINIUM acquirendi variis sunt modi, qui brevitatis causa revocari possunt ad Occupationem, Accessionem, Traditionem & Possessionem. Occupatio, à qua rerum dominium per divisionem coepisse creditur, est juxta rei apprehensio. Haec locum habet in iis potissimum, quae nullius sunt, & tamen sub dominium cadere possunt: illa enim jure Gentium sunt primo occupantis, tamquam potioris. Dico potissimum: nam ad occupationem etiam spectant capta ab hostibus in justo bello, quae est alterius sint, cedunt victori capienti, juxta dicta in materia de Bello.

136. Quorum dominium occupatione comparatur.

Fera igitur bestia (quae venatione capiuntur) & volucres & pisces (quae aucupio vel piscatione occupantur) simul atque ab ferarum aliquo capta fuerint, jure Gentium statim illius esse incipiunt. Nec interest fera bestias & volucres utrum in suo fundo quis capiat, an in alieno. Potest tamen aliter à Domino prohiberi, ne ingrediatur fundum. Ita habetur Instit. de rerum divis. §. 12. Fera. Si domino

137. Dominium quae acquiritur.



mino invito vel prohibente fiat, ejus prohibitio dat quidem actionem injuriarum, & ad damnum, si quod datum per ingredientem, non tamen ad feram, quæ nullius est.

138. Quorūque retineantur.

Quidquid autem eorum ceperis eo usque innum esse intelligitur, donec tuā custodiā coercentur. Cū vero tuam evaserit custodiā, & in libertatem naturalem sese receperit, ipsum esse desinit, & rursus occupari potest. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cū vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit ejus persecutio. Ita habetur *Instit. sup.*

Si quæ non censentur in naturali libertate, sed pro occupatis habentur, inclusa certis locis, puta vivariis, piscinis, hortis recreationum, saltu circumsepto non adeo magno, censentur esse sub dominio illius, in cujus custodia detinentur. *L. 3. §. Item feræ ff. de acquir. & amit. possess.*

139. Venatio alieni reservata, sub pœnis.

Quæ non queunt esse corporales.

Solent nihilominus Principes aut domini venationem multis in locis sibi aut certo generi personarum reservare (quamvis acquiratam hujusmodi edictorum, secluso assensu populi, quidam in dubium revocaverint) contravenientibus intentando pœnas (quæ utique non debent esse corporales seu capitis, ut rectè etiam Jurisconsulti passim tradunt, signanter *Wesenbergius in ff. de acquir. rer. dom.*) quas luendo satisfacere censentur ordinariè transgressores, si deprehendantur, præsertim in Belgio, etiam attentis edictis Principum, & sensu communi. Incumbit equidem Principibus curare, ne ferarum multitudo damnum inferat agris privatorum; quibus durum nimis foret, adeoque iniquum, omni tam juris, quàm occisionis ferarum remedio contra damna destitui.

Nota.

Notat tamen *Zypaus in Not. Jur. Belg. Tit. de jure Fisci* bona sylvis proxima alicubi eâ lege in emphyteusiam data, ne possessores feras sylvis excessivas invadere, aut eis nocere, fructus quamvis depascentibus, possint: sed comu tantum, ære, aliòve sono aut strepitu depellere. Additque procul dubio ea pacta servanda esse, & rei sub eo modo data possessorem obligare.

Graviter præterea peccare possunt venatores, etiam Principes, & ad restitutionem teneri inter venandum conculcando segetes, & gravia damna privatis inferendo. Rectè vero leges condunt circa modum, instrumenta & tempora venandi aut piscandi. De quibus Jurisperiti in *Instit. de rerum divis. & ff. de acquir. rer. dom.*

140. Venatio quæ clericis interdicitur.

Notandum quoque venationem specialiter interdictam Clericis *c. 2. de Cleric. venatore*, intellige clamorosam & cum strepitu, quæ vix sine scandalo fit. Alioquin raro venari non est gravis culpa; & quidem si modeste ad recreationem fiat, nulla, ut *Varii* notant. Quia in re Clerus Belgii est obervantior: et si alibi abusus graviores, ac si

lex non foret, quam etiam usu abrogatam nonnemo contendit. Scui oblitit *Zypaus in Analysi Jur. Pontif. Tit. de vita & honest. Cleric. num. 11.* Vide eundem *Tit. de Cler. venat.*

Quæritur ordinariè, quid censendum de fera laqueo intricata (idemque est de piscibus nasse conclusis) an sit ponentis laqueum, ut plures volunt, an verò eximentis, ut alii. Rectius autem dicitur, per se loquendo esse tendentis laqueum, si ita sit intricata, ut expellere se non possit: nam eo ipso apprehendisse videris, aut certè potius apprehendendi jus accepisse: nihil enim interest, manu, an instrumento apprehenderis. Unde *L. In laqueum 55. ff. de acquir. rer. dom.* (quæ citatur in contrarium, verè tamen nobis favet, dicitur eum, qui dimittit talem feram in suam naturalem laxitatem, teneri mihi in factum, quia rem meam dimiserit. Ibidemque dicitur meam esse, si in potestatem meam devenerit; pro ut tali casu venit, dum scilicet laqueum tetendi in fundo proprio, vel de consensu domini in alieno: qui alioquin impunè remove potest, quidquid tibi eo invito positum est: quo invito non potuit alius etiam fundum illius ingredi. Et hoc intendit distinctio inter fundum proprium & alienum, inter consensum domini obtentionem & carentiam; quæ habetur *L. In laqueum.* Circa quæ intellectum videndus *Mafius Singular. opin. l. 6. c. 2. Tuiden. ad Instit. de rer. divis. c. 25.*

Idem habet usus, teste *Glossa in L. 5. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* de vulnerante & persequente feram, quam pariter instrumento suo quasi captam idem certâ spe tenet: quavis inspectâ *d. L. 5. & Instit. de rer. divis. §. 13.* Illud quæstrum, videretur contrarium eligendum; ubi ratio allegatur, quòd multa sæpè accidere soleant, ut eam nos capias.

Quod attinet animalia naturâ suâ domestica & mansueta, uti sunt oves, boves, equi, porci, gallinæ domesticæ, & similia, non sunt occupantis, et si evaserint tuam potestatem, tibi que restituentur, ubicumque oberraverint *Instit. de rer. divis. §. 16. gallinarum.* Immo si à fera bestia sint capta, & ab alio exempta, quidquid carnis superest, tibi restituendum est, soluto eximenti pretio operæ seu industria. Vide *L. 44. ff. de acquir. rer. dom.*

Animalia denique cicurata seu usu non suspecta, sunt nostra, quousque habent consuetudinem redeundi, uti sunt pavones (qui tamen in his regionibus videntur quasi domestici) columbæ, apes, cervi, & similia, quæ pastum eunt & redeunt, seu avolare & revolare solent. *Instit. de rer. divis. §. 15. Pavonum.* Idemque est de falconibus, aliisque avibus, aucupio & receptui ad aucupis manū assefactis. Illicitum tamen est illecebris structis columbas alterius ad tuam columbarium allice-

141. Fera laqueo intricata licet inhaerens an & quando sit ponentis laqueum.

142. Ad quem spectet in venatione.

143. Quid sit tenendum de animalibus domesticis.

144. Quid sit cicurata.

Notanda circa columbarium.

allicere. Supponit equidem *Lessius, Wiggers* & alii passim eas fieri tuas, si sponte eò ad-  
volantes deinceps affuecant, et si delinitæ  
liberaliori quæ fruuntur alimento vel  
commodiori hospitio. Quod tamen (si usus  
secludatur) difficultatem habet: cum per  
hoc non restituatur naturali libertati, pos-  
sintque in alieno columbario à Domino  
accipi perinde ac in proprio, uti si gallinæ  
ad domum alienam divertant: jus quoque  
videatur intelligi posse de amissa consuetu-  
dine redeundi, quatenus deinceps maneat  
silvestres, uti ceteræ feræ. Immo *Val. Andr.*  
*ad Instit. sup. in addit. num. 17.* generalius lo-  
quens, & *Grotium* referens, censet nō mitti  
per se dominium ferarum per hoc, quod  
custodiam nostram evaserint, sed ex proba-  
bili conjecturâ, quod ob difficilem perse-  
cutionem eas pro derelictis habere credamur;  
præsertim ab aliis non dignoscibiles.  
Quod in columbis à fortiori locum habe-  
ret. Circa hoc itaque, & quatenus licita sint  
columbaria, est attendenda timoratorum  
praxis passim tolerata, & probata.

145.  
Quid cen-  
sendum de  
examine  
apum.

*Examen apum, quod ex alveo suo evolavo-  
rit, eo usque intelligitur esse suum, donec in con-  
spectu suo est, nec difficultis persecutio ejus est, alio-  
quin occupantis sit. Instit. de rer. divis. §. 14.*  
Apum quoque Occupantur autem inclusio-  
ne alvei, non per hoc quod arbori alicujus  
insederint. *Instit. sup.* Attendenda tamen lo-  
corum consuetudo, quæ passim alia: cum  
alibi dominus arboris, alibi qui signat ar-  
borem, in Regno Franciæ Domini terra-  
rum acquirant dominium examinis apum  
in suis locis reperti; ut habet *Valer. Andr.*  
*ad Instit. b. tit. in addit. n. 22.*

146.  
Inventio  
quid possu-  
let,  
Inventa &  
derelicta  
cujus sint.

Ad occupationem quoque spectat inven-  
tio (quæ non consistit in nudo aspectu, sed  
quem apprehensio subsequitur *L. 1. §. 1. Et  
L. 3. §. Neratius ff. de acquir. vel amit. poss.*)  
rerum quæ nullius sunt, ut lapillorum, gem-  
marum, conchiliorum, & similibus in litto-  
re maris repertorum. *Instit. de rer. divis. §. 16.*  
*Item lapilli.* Idem est de derelictis, quæ sci-  
licet dominus abjicit, vel fluctibus abrepta  
non curat, nolens deinceps habere ut sua:  
hæc enim sunt communia seu nullius ad oc-  
cupantis, uti communia sunt occupa-  
tione nostra. *Instit. sup. §. 47.* Secus est de  
ejectis timore naufragii, non obstante quo-  
rundam tyrannide, quæ afflictionem ailli-  
tis addit, *Authent. Navigia C. de furtis.*  
Et *L. 1. C. de Naufragiis.* Estque excom-  
municatio in Bulla Cænz contra sic usur-  
pantes bona Catholicorum. Videri quoque  
possunt, quæ *Carolus V.* justissimè circa hæc  
statuit, apud *Zypaum in Not. Jur. Belg. Tit.  
de jure Fisci.* Ad occupationem etiam re-  
ferri possunt (quæ tamen ad Traditionem  
similiter referri possent) missilia tempore  
inaugurationis, aut aliàs interdum à Prin-  
cipibus jactari in vulgus solita; quorum ea  
est conditio, ut quantum quilibet capit, tan-  
tum habeat. *Instit. sup. §. 46. Hoc amplius.*  
*Herincx Sum. Theol. Pars. III.*

Quid de  
ejectis metu  
naufragii.

Missilia  
principum  
quæ sunt  
missa.

Possent huc quoque referri bona va-  
cantia eorum, qui sine herede, qui saltem  
acceptare velit hereditatem, discedunt. *V. 147.*  
rùm hæc jure communi devolvuntur ad  
fiscum *L. 1. §. 4. C. de Bonis vacant. Et L. 1. §. 1. ff. de jure fisci.* Mobilia tamen peregrino-  
rum, qui in hospitali intestati decedunt,  
sunt in pias causas per Episcopum distri-  
buenda, deficientibus nimirum heredibus  
*Auth. Omnes peregrini C. Communia de  
Successionibus.* Si verò, ubi successiones ab  
intestato in duo dividi latera mores habent  
auti hic multis in locis ab uno latere nul-  
lus appareat consanguineus, partem hanc  
accedere alterius lateris consanguineis, cum  
exclusionem filii iustius videtur *Zypao sup.*  
(quem vide) et si diversimodè sapius judi-  
catum referatur.

147.  
Vacantia  
bona ad  
quos spe-  
ctent.

Quid si  
heres ex  
uno tan-  
tum latere  
desit.

Ad inventionem, etiam spectat thesau-  
rus, qui est vetus depositio pecuniæ, cujus  
non extat memoria, sic ut ipsa dominum  
non habeat *L. Numquam 31. §. 1. ff. de ac-  
quir. rer. dom. de eo* (qui alioquin simili-  
ter foret occupantis, uti cetera, quæ nul-  
lius sunt) jure Cæsareo statutum est, ut totus  
cedat inveniendi in suo, et si datâ operâ;  
non quidem ut fructus (nam cum non re-  
nalcatur, in fructu esse non potest) sed ut  
tum loci, tum fortunæ seu Dei beneficium.  
In alieno inventus, cedit medietas invento-  
ri, altera proprietario loci, cujus est be-  
neficium, idque ante sententiam *Instit. de  
rer. divis. §. 39. Thesauros.* Si tamen for-  
tuitò inveniatur: nam datâ operâ quærens,  
jubetur totum cedere domino per modum  
pœnz *L. un. C. de Thesauro,* quæ tamen non  
obligat ante sententiam, more poenarum.  
Prout nec ante sententiam cedere filco de-  
bet medietas inventoris per malas artes.

148.  
Quid sit  
thesaurus,  
& cui cedat  
inventus.

Inventus thesaurus in ædibus emptis se-  
quitur emptorem, ut apertè colligitur ex  
*L. A. tutore 67. ff. de res vindic.* Nec ob-  
erit scientia prævia de thesauro, utpote qui  
non ante apprehensionem censetur inven-  
tus; nec à priori domino ignaro censetur  
fuisse possessus. Sufficitque juxta receptam  
sententiam (quam sequitur *Lessius, Zoë-  
lius, Wiggers* & alii) pretium commune  
eò quod thesaurus latens pretium non au-  
geat, quod ex communi æstimatione se-  
mitur. Ad quod etiam adfertur parabola  
*Matth. 13.*

149.  
An sequa-  
tur empto-  
ri prædii  
consciunt  
thesauri.

An pretium  
commune  
sciunt.

Hæc tamen non procedunt in recenter  
perditis, quæ nomine thesauri in jure non  
veniunt, & perdati sunt restituenda *L. A. recenter  
tutore 67. ff. de res vindic.* At domino non  
comparente, ex piorum us, & Doctorum  
fatis recepta sententia sunt distribuenda in  
pauperes aut pias causas. Quamvis non ap-  
pareat ex natura rei talis obligatio, usque  
prædictus sententiâ *Soti, Petri Navarra* &  
aliorum non censetur multum obligato-  
rius. Si quæ tamen forent statuta municipa-  
lia hac de re strictè obligantia, forent  
observanda.

Quid de  
inventione  
perditorum.



150. *Quid censendum si locus thesauri sit emphyteuticus aut feudalis.*  
 Si locus sit emphyteuticus vel feudalis, medietas una debet dividi inter dominum directum & vasallum aut emphyteutam, juxta *Lessium c. 5. d. 1. §. n. 61. Wiggers Tr. 1. c. 4. d. 8. n. 24.* At rectius *Zoëlius in ff. de acquir. rer. dom. n. 7.* censet vasallos & emphyteutas esse in hoc potiores, veluti ad quos dominum utile, omnique rei commodum spectat, domino solum obtinente jura feudalia & emphyteutica. Qua in parte sunt etiam potiores usufructuario, uti & creditor habente fundum oppignoratam; cum thesaurus non sit fructus fundi, & ut esset, non tamen fructus cedit creditor. Ita *Zoëlius sup. n. 28.* citans *Glossam, Fabrum & Garfias.* Quid verò de thesauro invento in loco communi aut publico, vel sacro celandum ex jure, quoniam casus rari sunt, videri potest apud alios Auctores.

151. *Quid moribus statuat.*  
 Moribus harum Regionum (ut ex *Elberto Leonino* refert *Valer. Andr. ad Inst. de rer. div. in addit. n. 71.*) thesaurus inventus in loco privato plerumque distribuitur secundum jus Cæsarum; inventus autem in loco publico solet videri a Dominis territoriorum in solidum, instar bonorum vacantium seu adsporum. Adspota tamen, seu aliis derelicta dicit *Zypæus sup.* moribus hodiernis cedere fisco, addens se non dubitare, quin naturaliter fiant apprehendentium, etiam eis in solo externo auferrentur.

152. *Mineralia quorum sint.*  
 De argenti & aurifodinis denique censendum eas quidem spectare ad dominum fructu, uti venæ lapidum & fontium: nisi leges speciales aut consuetudines aliud decernat. Prout venas auri & argenti plerumque Principes per leges sibi reservant, sive ex toto, sive ex parte, ad onera publica. Neque adeo irrationabiliter: non solum quia venæ hæc sunt majoris momenti, quam ut debeant instar accessorii sequi fundum, sed etiam quia videntur à natura non tam ad usum privatorum, quam ad bonum publicum concessæ ac destinatæ, ut bene *Sotus l. 5. q. 3. art. 3. ad 2.* Circa alia quoque mineralia, puta ferri, plumbi &c. (quæ magis solent cedere ex toto dominis fructu) spectandæ sunt leges locorum.

153. *Accessio qui dominium acquiratur, sive sit naturalis.*  
 Secundo accessione seu adjectione res sit nostra, quatenus rei nostræ alia accedit, quæ ipsam velut accessorium sequitur. Quæ potest esse naturalis; quæ tetus animalis nostri sit nostra, sic ut cuius sit venter, ejus sit & partus *L. Idem Pomponius §. Idem scribit 2. ff. de rei vind. lic.* Et *L. Partum 7. C. de rei vind. lic.* Prout etiam fructus sequitur jus soli, non seminis, *L. Qui scit 25. §. 1. ff. de Usur.* Idem cernitur in alluvione, quæ aliquid agro nostro adjectum est, & in insula nata in flumine. De quibus vide *Inst. de rer. div. §. ff. de acquir. rer. dom.* ac Interpretes ibidem. Accessio altera est industrialis, exigens videlicet operam nostram vel artificium. Quæ contingere potest intexturâ,

v.g. si aurum alienum quis vestimento suo bonâ fide intextat. Item in implantatione, inscriptione, inædificatione, si v.g. alienam arborem in suo fundo plantet, aut suam in alieno; semen alienum in suo, aut suum in alieno agro serat; ex materia aliena in proprio, aut ex propria in alieno solo ædificet: quidquid enim in solo alieno plantatur, seritur, ædificatur, solo cedit *L. 7. de acquir. rer. dom.*

Idemque obtinet jure Cæsarum (An & hodie obtineat vide *Valer. Andr. ad Inst. sup. in addit. n. 58.*) in litteris, etiam aureis, alienæ chartæ, quantumvis vilissimæ, in scriptis *Inst. sup. §. 33. Littera quoque, & L. Quæ ratione §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Et quavis ratio idem dictare videatur de pictura, singulariter tamen jure *Inst. de rer. div. §. 34. Si quis in aliena cautum est ut tabula cedat picturæ; cuius apud Veteres magnus honor.*

In implantatione verò hoc singulare, quod eruta alicubi planta, ubi in alieno solo radices egit, ne quidem à pristino domino vindicari queat. *Inst. sup. §. 31. Si Titius;* quod ratio non permittit alterius intelligi plantam, quam ejus, in cuius fundo alitur. Moribus tamen alibi licitum est colonos, expirante conductione, plantatas à se arbores eruere & asportare, ut decernitur in *Consuet. Mechlin. Tit. 8. art. 13.*

Ad accessionem præterea spectat conjunctio diversorum corporum: quæ dicitur commixtio, quando corpora non mutant speciem, ut frumenta, metalla &c.; eaque non mutant dominium, cum facile separari queant. Vide *L. Idem Pomponius sup.* dicitur autem confusio, si species mutetur, ut cum vina diversæ speciei miscentur. Bæque si facta sit communi consensu, ortum ex confusione fit pro rata communi, si contra communem consensum bona fide fiat, fit confusionem facientis.

Sic ex re aliena bonâ fide novâ speciem extruens (quod dicitur specificare) non reducibilem ad pristinam naturam, fit ejus dominus, v.g. coquens cerevisiam ex alieno hordeo, vestem texens ex aliena lana. Secus videtur, si ad eandem materiam reverti possit, uti scyphus ex auro meo factus, qui meus manet. Actio quoque indemnitate alteri salva manet, qui dominium rei suæ his modis citra culpam mittit.

Tertio & principaliter acquiritur dominium traditione *L. Traditionis 20. C. de pælis;* quæ supponit in tradente potestatem, & voluntatem absolutam tradendi, in altero acquirendi dominii (hæc enim viâ dominium transferretur voluntate domini; quod merito non acquiritur invito aut non volenti) ac prævium titulum v.g. empti, donati, legati & similibus. Dixi absolutam: si enim conditio etiam tacita involvatur, non operabitur hunc effectum; ut patet in traditione mercis venditæ non soluto pretio, neque

*multipliciter continere declaratur.*

154. *Inscriptum aliena chartæ cuius sit.*

*An idem de pictura facta in aliena tabula.*

*Nota circa implantationem.*

155. *Quid sit commixtio & Confusio.*

156. *Traditio qui competitur dominium.*

*Quid sit conditio.*



neque fide habitâ emptori: quæ dum non habetur, subintelligitur conditio, Sæpèrium solveris, aut aliter mihi satisfeceris, dato v. g. pignore vel fidejussore. *Instit. de rer. divis. §. 41. Vendita verò res.* De quo vide *Zoetium sup. num. 92. & 93.* Videtur etiam possunt à nobis dictæ de Traditione §. 3. §. 1. quomodo sine vera traditione interdum transferatur dominium; quando stylo Jurisconsultorum ad *Instit. de rer. divis. §. 44. Interdum etiam.* & ad *ff. de acquir. rer. dom.* dicitur intervenire ficta traditio. Quibus adde ex *Valer. Andr. Instit. de rer. divis. in addit. n. 76.* interesse inter traditionem rei mobilis & immobilis. Nam res mobilis traditur manu, immobilis per inductionem in fundum seu in possessionem fundi.

157. *Dominium immobilium qui transferatur in Belgio.*  
At moribus nostris (de quibus sunt Placita Principum Belgii in *Codice Belgico V. Goedenssen*, & apud *Zypaum l. 3. Nor. Jur. Belg. Tit. de rei vindicat.*) non aliter proprietatis rei immobilis per venditionem vel donationem transferri solet, quam abdicatione illius à domino, per exhereditationem, ut vocant, & inheredationem novo domino factam, idque publicè coram Magistratu seu iudice competente ejus loci, ubi bona sita sunt. Eaque est vice traditionis, & aliquid facti requirit: solet enim fieri (ut refert *Valer. Andr. ad Instit. de rer. divis. in addit. n. 76.*) per manus appositionem ad baculum seu fustem, quam vulgò *effestucationem* dicunt.

158. *Qui Possessio bona fidei comparetur dominium fructuum.*  
Quartò denique dominium acquiritur per possessionem. Nam bonæ fidei possessor fructus, quos perceperit, vel etiam alius aliquis eos à solo separaverit, facit suos. *Instit. sup. §. 35. Si quis à non domino. L. Bona fidei 48. ff. de acquir. rer. dom. L. Certum 22. C. de rei vindic.* eò quòd possessor bonæ fidei sit penè loco domini, quod attinet ad fructus. Quod non solum de civilibus (quales sunt, qui occasione rei obveniunt v. g. pensiones rerum locatarum) sed etiam de naturalibus, qui ex ipsa re nascuntur, idque sive ex natura & per se (prout ex arbore poma, nuces & similia) qui dicuntur strictè naturales, sive accedente facto nostro & industria, ut sunt segetes, qui industrialiæ. Quibus jungi possent fructus meræ industria: de quibus non est quaestio, quin sint & maneat possessoris. De civilibus patet ex *L. Usura 34. ff. de Vsuris.* De industrialibus quoque est apud omnes incomperito ex iuribus citatis.

159. *An etiam strictè naturalium.*  
De strictè naturalibus quidem est controversia. Sed rectius ne hi quidem excipiuntur *Arg. L. 48. cit. ff. de acquir. rer. dom.* ibi: *Bona fidei emptor non dubie percipiendo fructus, etiam ex aliena re, suos interim facit, non tantum eos qui diligentia & opera ejus pervenerunt, sed omnes.* Idemque videtur de donatario, qui æquiparatur emptori *Instit. sup.* quòd autem ibi dicuntur *ejus esse pro cultura & cura*, nempe adhiberi solita,

non refert: quia ad fructus naturales saltem cura est adhibenda. Deinde ratio potissima acquisitionis est possessio bonæ fidei, quæ quantum ad fructus est instar domini; adeò ut propterea plus juris circa eos competat bonæ fidei possessori, quam fructuario, cui tamen fructus etiam naturales competere dignoscuntur. *L. Qui scit 25. §. 1. ff. de Vsuris.*

Nec obstat, quod *L. 45. ff. de fructus ex re à conjuge donata* quasi facto seu operis donatarii eidem attribuantur, non naturales, sicut hi *ne cuiuslibet bonæ fidei possessoris* fiunt. Nam sensus non est, quòd nullius, sed quòd non omnis fiant, at alicujus, scilicet possidentis cum titulo de jure valido *arg. L. 48. de acquir. rer. dom.* quo destituitur donatio inter conjuges, veluti legibus interdicitur, solumque toleratur quantum ad prædictum effectum.

160. *Domino rem vindicante restituenti sunt, circa usucapionem extantes, non consumpti.*  
Apparente autem domino, & rem suam vindicante, fructus extantes (de consumptis agere non potest *Instit. sup.*) etiam industriales, detractis operis seu impensis, sunt restituendi; cum de extantibus id generatim & indefinitè dicatur *L. Certum 22. C. de rei vindic.* quamquam *Donellus* id detorqueat ad solos naturales, teste *Tuldeno ad Instit. sup. c. 49.*

Excipe tamen Usucapionem, quæ etsi non habeat locum circa rem suam, ut quis eam acquirat, locum tamen habere potest, ut eam irrevocabiliter teneat, elidendo alterius actionem ad repetendum. Perficiturque stylo juris Cæsarei triennio, veluti circa mobilia.

161. *An consumpti saltem in quantum quis est factus ditior.*  
Si ratione consumptorum sit factus locupletior, eatenus restitutio est necessaria, juxta *Zoetium ad Instit. sup. num. 69. & ad ff. de acquir. rer. dom. num. 73.* quasi censentur extare in æquivalenti. Id tamen alii negant: quibus favere videtur praxis tribunalium, quæ ubique ferè (si credendum *Pinello*, ex quo refert *Vinnius*, & ex hoc *Valer. Andr. in addit. ad Instit. sup. num. 66.*) observat, ut de fructibus ante inceptum iudicium perceptis possessor non teneatur, nec tractetur de consumptis, sitne & iis factus ditior, an non. Accedit, quòd perceptorum sit factus dominus per leges, adeoque non teneatur restituere, nisi quatenus leges ordinant, quæ de solis extantibus loquuntur *L. Certum 22. C. de rei vindic.* consumpti autem minus propriè extant. Et alioquin extra rem esset, quòd *Instit. sup.* ratio, cur de consumptis agi non possit, statuatur, eos fuisse possessoris: cum etsi non fuissent illius, adhuc agi non possent de illis, nisi quatenus factus est ditior. Quo posito consequenter talis ditatus foret, uti in casu usucapionis, de proprio, nec cum detrimento alterius iniquo; de quo procedit *L. 14. ff. de Condit. indebiti.*

162. *Quid statutum est L. 22. & 25. ff. de reudatit specialiter statutum est L. 22. & 25. ff. de*

25. ff. de petit. heredit. cum non fieri dominum fructuum, debereque restituere in quantum factus est ditior; adeoque ut repetita hereditate etiam fructus repeti ceantur, veluti qui nomine hereditatis, quam augent, continentur.

*Quid censendum de possessore mala fidei.*

Quoad possessorem mala fidei constat eum non facere fructus suos, adeoque teneri restituere perceptos, aut etiam pretium consumptorum, imo & eos, quos non percepit, & dominus percepisset. Sæpeque in taxatione fructuum ex decreto iudicis restituendorum attendi in Belgio ex Edicto Principum (ut refert Zypæus tit. de fruct. & lit. Expensis) valor, qui quotannis in locis, ubi publicæ sunt nundinæ, registris, quæ magistratus servare teneantur, inscriptus fuerit: Fructus tamè meræ industriæ manent possessoris cuiuscumque, ut DD. admittunt.

Alius modus acquirendi dominium per possessionem spectat ad Usucapionem seu Præscriptionem; de quo ob varietatem dicendorum erit quæstio specialis.

QUÆSTIO IX.

*De Usucapione & Præscriptione.*

163. *Quid Usucapio. Est hodie velut synonymum cum Præscriptione. Quotuplîciter sumatur præscriptio.*

USUCAPIO L. 3. ff. de usurp. & usucap. describitur Adjectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. A qua hodie solo serè nomine differt præscriptio, consonante etiam stylo juris, præsertim Canonici, quod usucapionis nō meminisset. Præscriptio quidem generaliter significat: Exceptionem, quâ reus petitionem agentis repellit, allegatâ causâ, ob quam non debeat admitti, non obstante eo, quod à petente allegatur. Estque alia dilatoria, ut si reus opponat incompetentiam iudicis; alia peremptoria, ut si dicat se mandato Principis fecisse, aut simile quid alleget; ut patet ff. de Except. & Præscript. His verò sumitur propriè pro exceptione peremptoria seu jure excipiendi, cujus rigore eliditur petitio pristini domini rem repententis, eaque jam usucapta retinetur tamquam propria. Unde est velut effectus usucapionis. Quamquam præscriptio detur etiam ubi non est propriè usucapio seu possessio; puta dum præscribitur contra alterius actionem personalem aut jura servitutum. Ubi tamen potest quoque spectari quædam quasi possessio præscribentis, veluti qui in sua libertate mansit eam quasi possidendo, dum alter jure suo non est usus. Unde nos pro iisdem seu synonymis utroque vocabulo utemur.

*Quid hoc significet & qui ab Usucapione distinguatur.*

164. *Per illam transfertur dominium, etiam in foro conscientie.*

Cum verò ex legibus apertè constet per possessionem iisdem præscriptam acquiri dominium, utique simpliciter, adeoque tam directum quam utile, non est quòd de hujusmodi legum iustitia dubitetur: maximè cum sint per ipsos Canones probatæ, præterquam quoad præscriptionem mala fidei; ut videre est 16. quæst. 3. c. Sanctorum & aliis

Tu. de Præscript. Exigente enim bono publico, potuit per auctoritatem legum transferri dominium, etiam citra voluntatem prioris domini. Bonum morò commune id exigebat, ne videlicet dominia semper manerent incerta, & interminatæ forent de iisdem lites. Ad quod accedit negligentia domini, si ve tollenda si ve puniendâ. Quamvis hæc ratio minus principalis sit; ut proinde locum habeat effectus usucapionis, citra negligentiam prioris domini.

Unde consequenter & rectè Doctores, Citra obli-  
tuta Theologi, tum Jurisconsulti commu-  
nibus censent, perfectâ præscriptione posse  
rem retineri, etsi postmodum deprehendatur fuisse aliena. gationem  
restituendi  
posse dete-  
re error.

Ex causa nihilominus iusta competit restitutio in integrum, etiam majoribus, puta causâ rei publicæ absentibus, captis, & generatim ex prætorâ seu iudicis æquitate juxta clausulam: *Si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituum;* ut habetur L. 1. ff. Ex quibus causis majores

&c. Sub qua etiam comprehendi posse probabilem ignorantiam, dum tamen plenissimè probata sit, communis satis habet opinio Doctorum. Quæ etsi praxi forensi consona, tamen veluti juri minus consona rejicitur à Zoëzio l. 4. Digest. tit. 7. n. 6. & seqq. Fachineo, Castro Palao & aliis: eò quòd hujus causâ nusquam in jure fiat mentio, & aliunde contra ignorantes non scaturit currere præscriptio, eisque notare, ratio quoque inducendi præscriptionem etiam in casibus ignorantie (cujus intuitu tempus inter absentes dupliciter) locum habeat, & per ipsam plena securitas firmumque jus præscribenti tribuatur, quod aliàs satis infirmum foret. Et quamvis ignorantia facti non noceat ignorantia L. 8. ff. de juris & facti ignor. id intellige, ubi aliud boni publici causâ non est statutum. Ut proinde clausulam L. 1. cit. ad casus ibidem expressis similes referendam censet Castro Palao p. 22. §. 17. Auctores quoque diversæ opinionis dissentiunt inter se, an hæc restitutio locum habeat in præscriptione longissimi temporis. Similiter etiam juxta receptam Baldi sententiam quadriennium, alioquin à die finitæ præscriptionis computandum, non curat ignorantia, tamen in casu ignorantie Covarruvias ad Reg. possessor p. 3. §. 3. censet etiam ignorantia currere.

165. *Qui de restitutio in integrum majoribus.*

An tiam ratiō sit ignorantie

166. *Qui restitutio censetur peracta Minoribus.*

Item Ecclia sit & pias loci.

competit privilegium restitutionis Ecclesijs & pijs locis c. 1. ubi Ecclesia comparatur minoribus) & 2. de integ. restitu. etiam adversus aeternam Ecclesiam c. 3. eod. tit. Immo (ut notat Malderus Tr. 1. c. 8. dub. 8.) Ecclesiae subducitur tempus, quo vixit praelatus, qui indebitè res alienavit. Ratio est: quia leges dominium transferentes, illud ita revocabiler transferre poterunt, specialibus de causis potestatem revocandi sibi reservantes, prout de facto reservarunt.

167. *Requiratur ad praescriptionem possessio continuata.*  
Ad hoc porrò, ut praescriptione transferantur dominia, requiritur in primis possessio: nam sine possessione praescriptio non procedit, ut habetur Reg. 3. juris in 6. Possessionem intellige proprie dictam seu civilem: corporalis enim seu merè naturalis rei detentio, cui non adest animi iurisque adminiculum minimè sufficit; adeoque colonus, depositarius, tutor &c. non praescribunt bona proprietarii, deponentis, pupilli &c. L. 1. C. Communia de Usucap. Quòd si possessio interrumpatur, etiam interrumpitur praescriptio, denuo inchoanda.

168. *Titulus.*  
Secundò requiritur titulus, scilicet bona fide existimatus seu probabiliter praesumptus L. Divina C. de Praescript. longi temp. & alibi. Alioquin nequit possessio rei tamquam suae bona fide (quae requiritur) inchoari. Hujusmodi est stipulatio, emptio, donatio, permutatio, testamentum &c. De Titulis variis usucapionis agitur ff. Pro soluto, Pro emptore & seqq.

169. *Ignorantia juris communi sententia obstat praescriptioni.*  
Sufficitque praesumptio seu opinio validi tituli orta ex inculpabili ignorantia facti, juxta Doctores communiter, & L. juris ff. de jur. & facti ignor. Idem indicatur L. Error. eod. Secus est juxta Doctores communiter contra Joannem Medina de ignorantia juris: eò quòd de ea sic leges disponant, à quibus tamen translatio domini nascitur. Quò faciunt leges citatae, & L. Numquam 31. ff. de usurp. & usucap. ubi dicitur: Numquam in usucapionibus juris error possessori prodest. Intelligit autem id Doctores de ignorantia juris clari, eò quòd si jus ambiguum aut controversum ignoretur, perinde valere videatur, ac si esset in facto. Unde non praescribit contrahens usurariè, putans usuras moderatas esse licitas, vel accipiens aliquid ab eo, quem scit Religiosum aut pupillum, putans eum posse alienare sine consensu superioris, aut tutoris vel judicis.

170. *Limitatio variis.*  
Varii tamen apud Lessium c. 6. n. 15. censent arg. L. Sed etsi 25. §. Scire 6. ff. de pet. hered. sufficere ignorantiam inculpatae juris clari ad praescribendos fructus, quòd eatenus videatur error facti, quo putat possessor se illos recipere ex sua, indeque credat esse suos. Immo plures censent simpliciter eam sufficere ad praescriptionem longissimi temporis, utpote ad quam titulus non requiritur, adeoque parum refert, an putetur ex ignorantia juris subesse, qui non subest. Sed & Lessius sup. n. 17. existimat sententiam Joannis Medina non esse improbabilem in foro conscientiae quoad praescriptionem ordinarii temporis; eò quòd leges fundentur in praesumptione mala fidei; quae pro foro conscientiae tali casu, cessat. Quòd si etiam possessor probet se fecisse quòd potuit, ut iura cognosceret, admittendum etiam in foro externo praedictam sententiam, censet idem Lessius non improbabile. Vide ipsum & Castro Palao p. 22. §. 8.

Notandum verò titulum signanter exigi in praescriptione ordinaria aut breviori, adeoque ejus probationem incumbere praescribenti L. Nullo C. de rei vindict. L. Divina C. de praescript. longi temp. Ex communi tamen sententia tradit Covarruvias ad Reg. Possessor. p. 2. §. 5. n. 2. ordinariè non requiritur titulum sive ejus probationem in praescriptione longissimi temporis seu 30. annorum, vel etiam diuturniore: in tali enim titulus adfuisse praesumitur, & novus per ipsam praescriptionem creatur. Facile enim contingit in tanto tempore hominem reddi immemorem tituli seu causae, per quam res ad ipsum devenerit. Dixi ordinariè: si quando enim jus resistat possessioni seu praesumptio juris sit contra praescribentem, non sufficit nisi possessio immemorialis sine titulo, ut tradit idem Covarruvias l. 1. variar. c. 17. n. 7. & reliqui Doctores ex c. 1. de Praescript. in 6.

Tertiò requiritur bona fides sive illa conscientia: quae exigit prudens iudicium de licita vindicatione seu possessione, supponens ab initio rem fuisse suam vel nullius: unde oritur prudens existimatio, quae quis rem, quam possidet seu occupat esse suam credit: Nam possessor mala fidei ullo tempore non praescribit, ut habet Reg. 2. Jur. in 6. Unde oportet, ut qui praescribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alie, prout statuit Magnum Concilium Lateranense relatum c. fin. de praescript. corrigendo hac in parte jus civile, approbans praescriptionem, etiam longi temporis, bona quidem fide inchoatam, sed mala continuatam.

Quod si dubitatio superveniat, diligentia est adhibenda in inquisitione veritatis, & si non appareat veritas, sed dubium perseveret, currit praescriptio bonae fidei, ut licita permanet possessio, ejusque lite mota defensio: quia in pari potest conditio possidentis, ut habet Reg. 6. Jur. in 6. Ita Doctores communiter. Secus esset, si dubitare quis pergeret (etsi infundatè) de eo an licitè possideat: jura enim non sòvent peccatum, neque intendunt suffragari ei, qui possidet, quòd sibi per leges existimat non licere. Colligitur aperte ex L. Si fur. 32. §. 1. ff. de usurpat. & usucap. quam vide.

171. *Titulus an in praescriptione tricennali aut longioris temporis necessarius.*

172. *Bona fides quae requiratur iugiter.*

Corroborum hac in parte jus civile

173. *Quid agendum superveniente dubio.*

Etque

174.  
Bona fides  
requiritur  
in præscrip-  
tione etiam  
immemorabi-  
li.

Estque hæc bona fides necessaria etiam in præscriptione centenaria, aut immemorabili, ut contra nonnullos Jurisconsultos tradit *Glossa in c. 1. de Præscript. §. 6. Abbas, Covarruvias*, quos citat & sequitur *Castro Palao de Just. in genere p. 22. §. 6. n. 3.* & reliqui Theologi: nullo enim tempore possessor malæ fidei præscribit juxta *Reg. cit.* nec ullâ antiquâ dierum possessione juvari potest, c. 5. de præscript. Ratio quoque corrigendi jus civile allegata c. in. cit. Cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari (ob quam statuitur, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio) currit pariter in centenaria, aut immemorabili præscriptione.

175.  
Vel quæ sit  
contra obli-  
gationes seu  
actiones  
personales.

Idemque est de præscriptione contra actiones seu obligationes personales, ob generalem definitionem juris Canonici, & rationem ejusdem c. Fin. cit. quæ etiam ibi currit. Unde qui elapso termino legibus definito prudens & sciens non solvit debitum, censetur omnino tamquam possessor malæ fidei non eximi ab obligatione; etsi creditor non moneat, dies enim seu obligatio monet pro homine.

176.  
Edita non  
nulla post si-  
lentium  
certi tem-  
poris dene-  
gantia a-  
ctibus  
concernunt  
merè forum  
externum.

Hinc etiam edita seu statuta, quibus denegatur famulis venditoribus rerum minutarum aut aliis post silentium v. g. biennii aut triennii petitio debitorum, solum generant contra illos exceptionem in foro externo, quatenus in iudicio compelli non possunt debitores; quibus, si sint malæ fidei seu debitum non ignorent prædictum silentium in conscientia non prodest. Ita *Covarruvias, Molina, Lessius, Castro Palao sup. n. 4.* quibus consentit *Tuldenus ad C. de Præscript. 30. vel 40. ann.*

177.  
Reus præ-  
scribens  
scienter con-  
tra actionem  
fiscum non  
est in mala  
fide.

Dices, saltem reus extra casum hæresis præscribit contra fiscum malâ fide, utpote sciens bona sua ei propter delictum esse addita seu debita. Resp. N. Ass. Nam ibi verè non est mala fides (quamquam Jurisconsulti interdum sic loquantur) sed bona fides, uti illæsa conscientia (cui prospectum voluit Ecclesia c. Fin. de Præscript.) non quæ iudicet bona manere sua pleno & irrevocabili jure, sed quæ iudicet se licitè ea retinere, donec fiscus auferri curet; ex cuius negligentia, non autem ex actione aliqua præscribentis hæc præscriptio procedit. Ita *Covarruvias, Molina, Lessius* & alii.

178.  
Idem passim  
DD. irra-  
dunt de  
præscribente  
libertatem  
à servitute  
rustica, cui  
prædictum  
novit sub-  
jectum.

Idem est juxta *Molina, Lessius, Lugo, Castro Palao* & alios in præscriptione libertatis à servitute rustica per hoc, quod scienter quis tolerat alium non uti suo jure servitutis: quo ut utatur, non tenetur eum præscribens onere, aut ad id inducere. Unde in præscribente uti est illæsa conscientia, sic bona fides, quæ scit se nihil omittere eorum, ad quæ obligatur. Quam-

quam is non præscribat jus aliquid agendi circa rem alterius, sed extinctionem juris positivi, quod alter habebat, & per non usum certi temporis amittit. L. 10. & 18. ff. quemadmodum servitutes amittantur, & L. Hac autem 6. ff. de servit. præd. urban. In quo servitutes rusticæ distinguuntur ab urbanis, quod hæc non aliter amittantur, quàm si & factum contrarium domini servientis fundi intervenierit L. 18. & L. Hac autem cit. Unde in præscribenda libertate contra urbanam servitutem requiritur, ut factum servituti contrarium procedat à bona fide, quæ putetur servitutem non habuisse. Ita *Covarruvias, Molina, Lessius, Zoësius L. 8. Digest. Test. 6.* & alii passim.

Differentia  
quoad hoc  
inter Rusti-  
cas & Ur-  
banas ser-  
vitutes.

Bona nihilominus fides per se loquendo adesse præsumitur: quilibet enim præsumitur bonus per se loquendo, nec præsumitur delictum. Ut proinde onus probandi malam fidem incumbat adversario, nisi eum liberent circumstantiæ, ex quibus oritur interdictum præsumptio malæ fidei. De quo Jurisconsulti videndi sunt.

179.  
Bona fides  
an in præ-  
scribente  
presume-  
tur.

Quartò ad præscriptionem requiritur tempus legibus statutum; quod in variis est varium. Nam mobilia (quæ olim anno ufucapiebantur, uti immobilia biennio) præscribuntur triennio cum titulo *Instr. de Usucap. §. 1.* etsi sint bona Ecclesiæ *Authent. Quas actiones C. de Sacros. Eccles.* quæ est recepta ab Ecclesia *can. penult. 16. q. 3.* Immo juxta *Molina Tr. 2. d. 68.* & alios passim, contra *Panormitanum, Lessium* & quosdam alios, innixos *Authent. Quas actiones C. de Sacros. Eccles.* etsi sint Ecclesiæ Romanæ, veluti non privilegiatæ circa mobilia. Sine titulo requiruntur 30. anni, idque à fortiori *Arg. L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* ubi etiam de immobilibus privatorum ita statuitur. Unde cum circa mobilia non sint Ecclesiæ privilegiatæ, sequitur eodem tempore ea contra titulum præscribi.

180.  
Ad præscri-  
tionem re-  
quiritur  
tempus le-  
gale.  
Pro mobi-  
lium quibus  
cum titulo  
triennium,  
et si sint Ec-  
clesiæ.  
An Romane  
competat  
hæc in parte  
privilegiæ,  
sine titulo  
requiruntur  
30. anni.

Immobilia contra privatos præscribuntur longo tempore scilicet degenio inter præsentem, vicennio inter abentem cum titulo *Instr. de usucap. §. 1.* Et L. Cum in longi C. de præscript. longi temp. sine titulo autem vicennio L. Sic ut in rem, L. Si quis emptionis C. de præscript. 30. vel. 40. ann. Præsentis censentur (ut colligitur ex L. Cum in longi cit.) qui in eadem provincia domicilium habent, sive res præscribenda in ista provincia sita sit, sive non. Si alter partim sit abens, partim præsentis, soli abentis anni duplicandi sunt, juxta *Auth. Quod si quis C. de præscript. longi temp.* Quando autem jus commune vel præsumptio malæ fidei obstat præscribenti, requiruntur quadraginta anni cum titulo, vel tempus immemorabile (cujus scilicet initium

181.  
Pro immo-  
biliis con-  
tra privatos  
decentium  
inter præ-  
sentem, vi-  
cennium in-  
ter abentem.  
Qui tales  
censentur.

Majus te-  
pus quàm  
requiritur.

nitium excedit memoriam hominum, qualis censetur, quæ centum annos superat, cuiusque initium positive non constat) ut scilicet ex ostensione tituli aut possessionis tanti temporis (quæ loco tituli est) præsumptio malæ fidei elidatur. Patet ex c. 1. de præscript. in 6.

ex legibus Principis nascitur; quem non est verosimile tolerare leges, quibus subditi à recognitione supremæ potestatis exemptantur.

Idem est de præscriptione exemptionis ab obedientia & correctione principis juxta Covarruvias, Lessium, Wiggers & alios. Quamvis hi concedant posse præscribi exemptionem à Jurisdictione Principis (excipitur Pontifex, cui omnes jure divino noscuntur subditi) non manentis talis, prout varii Principes videntur sese exemisse à jurisdictione temporali alterius v. g. Imperatoris. Quod tamen non probat Cast. Palao p. 22. §. 14. n. 4. ex ratione, exemptionis mox allegatis; ut proinde exemptionem prædictorum Principum Ecclesie via contractus, aut aliâ quàm præscriptionis esse obtentam.

Ea denique quæ principi proprie conveniunt, non tamen adeo sunt ejus dignitati intrinseca, v. g. indicere vectigalia, instituere tabelliones, legitimize &c. juxta Doctores communiter præscribi possunt, uti subditis à principe communicari; est quia præsumptio juris obstat possessori tamquam malæ fidei, requirantur quadraginta anni cum titulo aut tempus immemorabile sine titulo arg. c. 1. de præscript. in 6.

Debite actiones personales ex L. Sic ut in rem C. de Præscript. 30. vel 40. ann. præscribuntur tricennio contra creditores, scilicet privatos: nam contra Ecclesiam & loca pia censent Doctores requiri annos quadraginta. Legata & fideicommissa non præscribuntur longo tempore l. fin. §. 3. C. Communia de legatis quando nimirum obtinentur à traditore malæ fidei, aliis tradere obligato, sed præscribuntur etiam fideicommissa tricennio, secundum Covarruvias ad Reg. Possessor. p. 3. §. 3. qui id ex plurimorum sententia tradit.

Varie actiones præscribuntur breviori tempore: v. g. actio ad accusandum adulterium in ordine ad penam, lapsu quinquennii l. 5. C. ad L. Juliam de adulter. Actio fisci ad bona ipso facto commissa seu addicta ob non solutum vectigal, lapsu quinquennii l. 2. C. de Vectig. & Commissis Et (omissis aliis videndis apud Less. dub. II.) actio injuriarum lapsu anni L. Si non convitii. C. de injuriis sive ex injuria verbali nascatur, sive ex reali. Quod & mos, & praxis hodierna passim observat, juxta Valer. Andr. ad Inst. de Injuria in addit. n. 20. ubi nonnullas exceptiones addit. Annus porro intelligitur utilis, qui proinde currit, non computando à die illatæ injuriæ, sed à tempore scientiæ. Quæ sententia etiam prævaluit in Supremo Imperii judicio, teste Mynsingero apud Valer. Andr. sp.

Alia sunt quæ præscribi non posse dicuntur non raro stylo juris; supple, tempore ordinario: alia quæ nullo modo, ex ejusdem juris dispositione; quæ fusè à Doctores tum

Alia et propria, non tamen adeo intrinseca.

187. De actionibus personarum, legatis &c.

182. Contra immobilia Ecclesie currit prescriptio centenario, si præsentem ad Romanam; quadragenaria, si ad alias.

Idem est de aliis locis piis.

183. Quorumdam specialia privilegia.

184. Quæ censentur immobilia.

185. Bona Principis quomodo præscribuntur.

Coronæ annexa.

186. Debita in recognitionem supremæ potestatis.

Immobilia Ecclesie Romæ præscribuntur non nisi centum annorum spatio; c. Ad audientiam c. cum vobis, de præscript. Immobilia aliarum Ecclesiarum præscribuntur, Ave ab alia Ecclesia, sive à privata, quadraginta annis c. De quarta. & Illud autem, c. Ad aures eod. Quod si res immobilis inchoatâ præscriptione, v. g. ad medietatem, sit translata v. g. ad Ecclesiam, restans dumtaxat temporis medietas lege præscriptionis Ecclesie competente est mensuranda. Ecclesiis æquiparantur alia loca pia, ut monasteria & hospitalia. Vide Ansb. Quas actiones C. de Sacros. Eccles. ubi præscriptio centum annorum ex L. Ut inter 23. eod. communis locis piis, restringitur ad Romanam Ecclesiam, & pro ceteris, ad annos quadraginta reducitur.

Ex speciali nihilominus privilegio per Eugenium IV. concessio Benedictinis (teste Lessio c. 6. dub. 8.) & per consequens communicantibus eorum privilegia, non præscribitur contra eorum bona immobilia nisi spatio annorum sexaginta. Immo Rodriguez. To. 3. q. 35. art. 2. & ex eo Portel V. Præscriptio referunt, Benedictinis extra muros Romæ degentibus concessum ab eodem Eugenio IV. privilegium præscriptionis centenariæ. Inter bona autem præscriptionis capacia etiam numerat idem Portel privilegia.

Notandum nomine immobilium etiam censeri jura & actiones ad illa: item census seu redditus Ususfructus, Beneficia, jus patronatus &c. quæ instar immobilium sunt fixa & commoditatem adferunt Lessio c. 6. dub. 8.

Bona, quæ Princeps ut privatus possidet, præscribuntur instar aliorum, veluti non specialiter privilegiata; uti nec privilegiata sunt patrimonialia clericorum. Ita Baldus, Covarruvias, Molina, Lessius & alii passim obvi.

At coronæ annexa, ut prædia, urbes, castra &c. non nisi centum annorum spatio præscribi, censent Doctores Arg. L. fin. C. de Sacros. Eccles.

Immunitas autem & exemptio ab iis quæ debentur Principi in recognitionem supremæ potestatis; ut sunt census & tributa (secus de collectis impositis ratione belli aut alterius rei, quarum præscriptioni locus est tempore quadraginta annorum cum titulo, vel immemorabili sine titulo) præscribi nequeunt juxta Panormitanum, Decium, Covarruvias, Lessio m. c. 6. dub. 12. n. 41. Wiggers Tr. 1. c. 5. dub. 7. & alios Doctores, & habetur L. competit C. de præscript. 30. vel 40. ann. Præscriptio enim

tum Theologis (inter quos *Lessius* c. 6. *duob.* 13. *Silvester V. Præscriptio* 2.) tum Juris peritis in casus contingentia consulendis discutiantur.

188. *Res mera facultatis non præscribuntur.*

*Secus est de iur. patronatus vel beneficii.*

Solum observandum, non dari præscriptionem in rebus meræ gratiæ, seu facultatis, ut rectè cum ceteris *Henricus Kinschotius Resp.* 38. n. 56. post *Covarruvias ad Reg. Pofessor* p. 2. §. 5. n. 6. Aliud de iuribus, v. g. patronatus, beneficiorum, aut de iurisdictionibus. Et quidem specialiter circa beneficia notandum est, contra illa currere præscriptionem longi seu ordinarii temporis. In quibus etiam necessario semper intervenit titulus, utpote sine quo non potest institutio canonica obtineri.

189. *Triennalis pacifica possessio quid in beneficiis conferat.*

Circa quæ & hoc notatu dignum, quod triennalis & pacifica beneficii possessio cum bona fide, & absque ingressu simoniaco excludat in foro externo omnem actionem cuiusvis competitoris, juxta *Reg. Cancellaria de trienn. possess.* Sed an ex vi hujus possessionis acquiratur titulus beneficii, qui reddat possessorem in conscientia securum, cognitâ nullitate tituli, non est satis compertum. Afferunt enim *Navarrus*, *Rebuffus* asserens ita judicari in Parliamentis Galliæ, *Garcia*, *Lessius*, *Wiggers* & alii, fundantes se in aperta potestate Pontificis, & conjectata voluntate ex negata actione impetitoribus. Negant *Covarruvias*, *Molina*, *Castro Palao* & alii: eod quod privilegium præsentium tamquam derogans juri communi ac odiosum requirit manifestam expressionem; quæ non subest in hoc, quod ob vitandas lites & præsumptionem legitimæ obtentionis, concedatur possessori, ne possit ab aliis molestari. Hac de re videplura apud *Lugo d. 7. sess. 7.* ubi sententiam priorum satis tutam & probabilem putat, & fuse hanc Regulam Cancellariæ discutit.

190. *Mores nostri in materia præscriptio nis.*

Notandum præterea moribus nostris (quæ & alibi, præsertim in Gallia obtinent) abolitâ præscriptione longi temporis, præscriptionem esse ferè tricenariam, sive de immobilibus, sive de mobilibus, aut actionibus sive personalibus, sive realibus quæ pro iis dantur, sermo sit, juxta *Christinaum ad Consuet. Mechlin. Tit. 20. art. 1.* *Zypaum in Not. jur. Belg. Tit. de Præscript.* sine præjudicio tamen præscriptionis quadraginta annorum statutz per canones contra bona Ecclesiæ; quam, uti & alias (inquit *Christinaus sup.* loquens in specie de consuetudinibus Mechliniensibus) quæ majora de jure temporum intervalla requirunt, statuentes restringere noluerunt. Excipit autem n. 14. & 28. quosdam casus, quibus currit minoris temporis præscriptio.

191. *Quid de pretio rerum minutatim venditarum.*

Et signanter notandum est, edicto Caroli V. edito anno 1540. die 4. Octob. statui (intellige pro foro externo, politica quieti gratiâ) ut pretia mercium minuta-

rum ad consumptionem venditarum, salarium operariorum, fabriculorum, advocatorum, medicorum &c. de quibus non extat chirographum seu obligatio, intra biennium operæ præstitæ, aut mercis traditæ juridicè exigi possint, non autem post lapsum biennii: si chirographum extet, non post decennium, idque contra principalem debitorem, alioquin post mortem intra biennium contra heredem, postquam mors creditori innotuerit: sic ut post lapsa hæc tempora non detur actio. Pragmaticis tamen, Advocatis, Procuratoribus, qui ultra biennium officia continuant, incipit currere præscriptio à latâ sententiâ definitiva in causa principali & dependentibus terminatâ, ex declaratione facta per Edictum latum anno 1549. die 14. Febr. Præterea ex edicto 1611. 12. Julii art. 29 determinatum est tempus restitutionis in integrum, aded ut omnes rescissiones & annullationes contractuum fundatz super læsione quantumcumque magna, fraude, circumventionem, metu, vi majori, præscribantur lapso decennii continui à die actûs aut cessantis impedimenti.

Alibi tempus ordinariæ præscriptionis definitur spatio tertiaz partis centum annorum, ut in Hollandia, vicinisque provinciis. Alibi (ut apud Zelandos) retentâ distinctione inter præsentis & absentis, res soli præscribuntur viginti vel triginta annis respectivè: ut refert *Valer. Andr. ad Instit. de Usucap. in addit. n. 5.* subdens ex *Damboudero in Praxi rerum Civil. c. 137. n. 9.* neque hic titulum desiderari multorum locorum moribus, modo quietâ & continuata non desit possessio.

Notandum denique tripliciter præscriptionem turbari. Primò, quando dicitur non procedere, seu non currere, ob suppositam à principio causam vel defectum conditionis, v. g. bonæ fidei, vel possessionis, non valens incipere. Secundò, quando dicitur dormire, dum videlicet, jam aliquo tempore incepta cessat, sic tamen ut postea continuetur cum tempore priori: prout contingit tempore belli, aut pestis, hominibus diffugiens, aut aliâ, quando inconsta quem præscribitur agere non valet, v. g. pupillus: nam non valenti agere non currit præscriptio. Nec aliam ob causam quiescere ipsam tempore belli censet *Tuldenus in Cod. L. 7. Tit. 40.* citans *Deckherum*, aded ut si iudex adiri potuerit, ne quidem in integrum restitutioni locus sit, subditq; ita apud nos judicari. Tertio, quando dicitur interrumpi, dum nempe ita cessat, ut etsi reviviscat, non continuetur cum tempore priori, sed de novo sit inchoanda. Interrumpitur autem naturaliter per supervenientem defectum conditionis requisitæ, v. g. possessionis, aut bonæ fidei. Civiliter interrumpitur, quando per lites contestationem; immo juxta *Christinaum sup.* & alios per cita-

*Restitutio contra lesionem qui hæc præscribitur.*

192. *In lib. dia & Zelandis, res resque præscribuntur.*

193. *Præscriptio turbatur tripliciter. Quando dicitur non procedere. Quando dormit.*

*Quando interrumpitur.*

per citationem legitimam aut libelli oblationem interpellatur. Hæcque interpellatio stylo juris dicitur usurpatio L. 1. ff. de usurpat. & usucap. quæ denotat actum usurpationis contrarium, quo scilicet continuatio interpellatur.

possessione alterius bonâ fide ceptâ dubitat in principio, an res sit aliena, dubiumque veritate inquisitâ perseverat, quasi bona fides præcedentis proficit tali successoris possessionem in ordine ad præscribendum continuanti, quemadmodum dubio postmodum exorto potuisset ipse prædecessor possessionem continuare: qui præinde sicuti jus possessionis non deserendū potuerat sibi etiam dubitanti servare, sic & in alium transferre, eatenus adhuc bonæ fidei futurum, quatenus illa conscientia judicat se posse loco, & instar præcedentis possessionem bonâ fide ab iplo ceptam continuare.

An eatenus bona fides auctore proficit successoris.

Quid usurpatio.

194. Quis committitur usurpatio accessione possessionis.

Quando demum res bonâ fide possessa transfertur in alterum bonæ fidei possessorem, censetur possessio in ordine ad præscriptionem continuari per accessionem ut loquitur Jurisperiti. Quæ accessio seu continuatio in ordine ad præscriptionem locum habet juxta doctrinam Lugo d. 7. sect. 5. num. 64. etiam in casu, quò succedens in

DISPUTATIO QUINTA.

De Injuria & Restitutione in Communi.

QUÆSTIO I.

Quid Injustitia sive Injuria?

INJUSTITIA (quæ interdum significat quemvis defectum commensurationis cum lege seu regula, adeoque quodvis peccatum, quod proinde phrasi Scripturæ injustitia & iniquitas, quasi non æquitas dicitur) hic sumitur pro vitio opposito justitiæ speciali: cui subjacet, qui alienum auferit vel destruit, aut alteri suum non tribuit. Coinciditque cum injuria, si sumatur pro actu. Alioquin injustitiæ vitium habituale est dispositio quædam habitualis in hujusmodi actum inclinans.

injuriam, nisi volens, nec patitur, nisi nolens.

Qualiter quodammodo volens fiat injuria.

Solet autem Injuria definiri violatio juris alieni; supple, permanentis. Aliud est enim jus auferre (quod sæpe licitum est) aliud ipsum permanens lædere, seu violare. Contingit verò hæc violatio dupliciter, videlicet iniquâ acceptione seu ablatione rei alienæ; ut quando quis rem alterius furatur, domum alienam incendit, famam aut vitam proximi tollit: vel iniquâ attentione rei alienæ, etsi eam ab altero non acceperit, aut saltem non iniquè acceperit; ut quando quis non solvit debitum, aut non rediit suo tempore depositum.

4. An volenti fiat injuria dum is nequit juri suo cedere.

Opinio communior negat.

Porro injuria oriri potest, vel ex parte inferentis tantum, ut si v.g. alter cesserit juri suo circa rem, quæ ab alio hoc ignorante occupatur: vel ex parte patientis tantum, ut si quis inculpabiliter jus alterius violat (quo casu melius dicitur facere injustum, quam injustitiam seu injuriam) vel denique ex parte utriusque, si videlicet quis sponte violat jus alterius renitentis. Primo modo est formalis tantum, secundo, materialis tantum, tertio, formalis & materialis simul.

5. Fundamentum

E c

1. Injustitia generalis sumpta quid.

Quid significat in presenti.

2. Quid injuria.

Dupliciter contingit.

Potest esse del formalis, vel materialis, vel utraque simul.

3. Nemo facit

*sum opinio-  
vis affre-  
mantis dif-  
entiar.*

cum tali casu jus, cui cedi nequit, maneat, consequenter illud ipsum occisione, adulterio &c. lædatur, adeoque; aliqualem inæqualitatem & injuriam volenti fieri appareat. Ad quod tamen respondere poterit priori sententiæ adherens, proprie non lædi jus, cum nemo jus habeat, ne volens lædatur, sed ne quid fiat se rationabiliter invito. Quare videtur posse sedere juri in tantum, quantum sufficit, ut ipsum strigere & vulgata in ceteris ratione non violatur, dum eo uti non vult. Quamvis non ita possit cedere, ut alteri jus seu fas agendi dare queat se invito.

Difficile tamen apparet, cur non fiat læsio juris, quod integrum manet, cessione ejus existente invalida, adeoque quasi nulla seu non existentem: ut proinde pupillo etiam consentienti fiat quodam sensu injuria, uti contra ipsum committitur peccatum injustitiæ seu furti. Est specialis quædam ratio injuriæ appareat in dissentiente seu invito, sicut & in violentiam passo.

6.  
*Actio exter-  
na an fiat  
injuriola ex  
interiori af-  
fectu.*

Dubitarur præterea, an actio externa secundum se non injuriola fiat talis, si procedat ex animo nocendi seu damnificandi? Affirmant nonnulli, quibus favet *Scotus q. d. 15. q. 2. nu. 40. ad ult.* Qui tamen satis explicatur de actione fraudulenta, seu quæ fraudem involvit (ut videre est in *Scholio Cavelli*) ideoque quæ in fine intentionem damnificandi (utique fraudulentam) opponit intentioni consulendi sibi sine fraude. Proinde verius videtur id negari cum *Poncio d. 52. q. 2. n. 8.* & alijs pluribus: nam proximus non habet jus, ne talis actio externa fiat; sed solum fit ei injuria per internam intentionem, adeoque jus habet, ne ponatur actio ex tali affectu; quod idem est, ac si dicatur jus habere, ne talis internus affectus adsit. Unde non tenetur ad restitutionem: cum ea non sit annexa injuriæ merè internæ, sed quæ junctam habet exteriorè, seu actum externum, qui citra injustitiam fieri nequeat. Damnum autem sequitur ex actu interno injuriolo mediante actu externo, ad quem ponendum talis habet jus; adeoque ex actu interiori non sequitur, nisi eo modo, quo sine obligatione resarciendi inferri tali poterat, scilicet per actum externum non injuriolum.

7.  
*Objectio ex  
jure de sum-  
pta solvi-  
tur.*

Nec obstat *L. 2. §. 9. ff. de aqua & aqua pluvialia*, ubi ait *Laleo*, alteri vicino non esse actionem, *Si vicinus stygmen, torrentem avertit, ne aqua ad eum perveniat, & hoc modo sit effectum, ut vicino noceatur*, quod ut verius approbatur, si modo non hoc animo fecit, ut tibi noceat, sed ne sibi noceat. Cui consonat *L. 1. §. 12. ff. eod.* dictum *Marcelli*: cum eo qui in suo fodiens vicini fontem avertit, nihil posse agi nec de dolo actionem, approbatur, si non animo vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi fecit. Non obstat, inquam: nam sermo est de animo nocendi, qui colligitur ex actione externa injuriola, dolosè & injustè intentata in damnum proximi, citra necessitatem aut utilitatem agentis (quæ

dum adest, non cessetur in jure fieri animo nocendi) contra actionem autem iniquam) in qua etiam interor animus aperte relucet, dari indubie potest actio.

Dubitarur denique an impediens proximum consequendo beneficio, legato, aut alio emolumento sperato, faciat ei injuriam? Resp. si alter non habebat jus, & impediatur citra vim vel fraudem, per preces v. g. promissa &c. interposita apud patronum, testatorem vel benefactorem, constat non fieri injuriam; cum non appareat, in quo jus alterius violatur: etsi possit lædi charitas, vel, si prohibitio specialis subesset, obedientia. Secus, si jam habebat jus v. g. per collationem ad beneficium, & impediatur à possessione; ad quam consequenter jus habet. Quod si per vim vel fraudem alter impediatur à bono sperato, ad quod immediate jus non habet, fit ei injuria: jus enim habet, ne spes sua per vim aut fraudem evertatur, seu ne vis aut dolus fiat: adeoque est obligatio restituendi ei, quanti æstimabilis est spes per dolum aut vim ei erepta.

Potest autem injuriola actio exerceri directe circa ipsum sperantem, v. g. interceptendo litteras, impediendo ne sollicitet, aut collatorem seu testatorem adire possit, aut impediendo vi vel fraude Notarium vel nuntium ab altero missum ad testatorem vel collatorem. An idem fit, si ex litteris injuriolè apertis, attamen non detentis, sed tempestivè missis, disceat quis vacare beneficium, indeque excitetur ipse ad sollicitandum, & beneficium præ alio impetret; non satis in confesso est. Censet quidem *Lessius c. 12. dub. 18.* solam apertionem, non autem ulum scientiæ subsecutem esse injuriolum, eò quod sit dominus suæ scientiæ, etsi per injuriam (quæ non nisi desistendo à coactione, aut petendo sententiam resciri potest) acquisita, quæ proinde utens non facit injuriam alteri, sicut utes lumine accenso de lumine alterius, hoc invito. Oppositum nihilominus tradit *Lugo d. 18. sect. 5. n. 104.* eò quod damnum sequatur ex actione injusta, quæ facit injustam esse sollicitationem aliaque actiones subsequentes alteri dantes. Quemadmodum idcirco talis obligaretur ad restitutionem, si ex illis injusta apertione litterarum fieret, ut aliquis tertius sollicitaret & obtineret beneficium.

Potest II. versari fraus seu vis circa ipsum testatorem, collatorem vel benefactorem, ne testamētum condatur, aut mutet, ne Notarius aut consultor vocatus accedat, ne collator beneficium cōferat, ne dives elemosynam tribuat. Et tunc quidem fit huic indubie injuria, quæ per ebulationem violentiæ vel fraudis est reparanda. Sed etiam injuria juxta communissimam Doctorum sententiam fit ipsi speranti, qui jus habet, ne voluntas testatoris, collatoris vel benefactoris vi vel fraude aliud inflectatur, adeoque jus habet velut conditionatum in libera illius voluntate.

QUE



QUESTIO II.

Quid Restitutio, Quam Necessaria, Et ex Quo capite?

10. Quid restitutio.

RESTITUTIO sic dicta quasi rei in statu pristino statutio; est actus iustitiæ, quo præstamus ut alter iterum habeat rem suam, quæ penes nos est, vel cujus ablationis nos causa sumus; habeat, inquam, in se, quantum fieri potest, aut, si id fieri nequeat, in alio simili.

Speiatur ad solam iustitiam commutativam.

Dicitur *actus iustitiæ*, scilicet commutativæ: hæc enim jus suum cuique ad æqualitatem tribuit, ac per consequens caret ne æqualitas ista violetur, aut si violata fuerit, eam reparari curat; quod fit per restitutionem.

Quod si aliquando iustitia distributiva læsa debeat restitutione reparari, id est per accidens, quatenus nimirum contingit in actibus distributionis simul etiam lædi iustitiam commutativam. Minus oritur obligatio restitutionis ex charitate (idem est de ceteris virtutibus ad alterum) cuius officium negligens, non tenetur damnis secutis, v.g. ex morte, aut infirmitate proximi, cui in necessitate constituto succurrere neglexit.

Sufficit aliis hanc fore lædendam.

Non necessariò tamen prærequirit restitutio iustitiam commutativam actu fuisse læsam, sed satis est, quòd saltem lædenda foret, nisi tempore & loco adhiberetur restitutio, quia videlicet versatur circa rem alterius, quæ illi reddi debet: sic v.g. depositarius debet loco & tempore reddere depositum, ubi tamen non præcessit injuria seu beneficium.

11. In quo differat à satisfactioe.

Differt in primis restitutio à satisfactioe, quòd hæc proprie respiciat personam læsam, seu ejus voluntatem, dum quis præstat id, quod alteri satis est, etsi non sit æquivalens debito. Restitutio autem respicit rem, dum exhibetur res ipsa ablata in se, aut quando id fieri nequit, in æquivalenti. Deinde satisfactio magis proprie respicit injurias illatas, abstrahendo à damnis realibus, si quæ fortè conjuncta sint: & inde dicimur Deo pro peccatis nostris satisfacere, non autem facere restitutionem. Satisfactio tamen completa & omnino propria includit restitutionem, quia non plerùm ex iustitia satisfacit, nisi qui voluntati personæ læsæ, & juri violato reddit æquivalens.

12. In quo à solutione.

Secundò differt à solutione, quòd restitutio proprie fit exhibitio rei, quæ est alterius, sic ut inde nascatur obligatio dandi illud ipsum, quod restituitur, adeò ut si alia res similis aut æquivalens substituatur, id fit per accidens, eò quòd res in se, quæ est, aut fuit domini, haberi nequeat. Res verò, per quam fit solutio, non potest esse, nec debet fuisse alterius, sed credi-

Herinc Sum. Theol. Pars III.

tor tantum habet actionem in personam debitoris, ut certam rem juxta debiti qualitatem ei præstet. Unde qui reddit depositum dicitur illud restituere, non solvere: & contrà, tribuens pretium rei emptæ, dicitur solvere, non ita proprie restituere. Frequenter tamen Theologi capiunt restitutionem tam generaliter, ut etiam comprehendat solutionem, sitque idem, quod actus quòd alteri præstatur res, quæ ei ex iustitia debetur.

Restitutio generatim etiam solutionem comprehendit.

Porro restitutio est ad salutem necessaria, necessitate nimirum præcepti proprie loquendo, quando facultas suppetit: qui enim non restituit, dum potest, voluntariè nocet, & facit injuriam proximo, impediendo eum ab usu & possessione rei suæ. Unde Augustinus Epist. 54. versus finem quæ est ad Macedonium, ait: *Si res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, penitentiæ non agitur, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Includitur hoc præceptum restituendi in præcepto negativo *non furtum facies*: ejuldem enim rationis est furari, & detinere alienum, dum potest reddere: adeoque dum præcipitur non furari, præcipitur quoque non detinere alienum, quod fit, dum illud restituitur. Proprie autem loquendo præceptum restituendi est affirmativum, utpote quo præcipitur aliquid fieri, redditio nempe debiti ad æqualitatem. Ideoque non obligat pro semper, & ad semper: redditione enim completâ, cessat obligatio seu præceptum restituendi, manente tamen præcepto negativo non detinendi alienum invito domino, quod ad semper, & pro semper obligat.

13. Est ad salutem necessariam ex præcepto.

Contentio in hoc: Non furtum facies.

An præceptum restituendi sit affirmativum.

Impossibilitas quæ ex causa.

14. Oritur ex re accepta.

Vel ex injusta acceptione.

Vel ex utroque.

Contentio in hoc: Non furtum facies.

Impossibilitas quæ ex causa.

Vel ex injusta acceptione.

Vel ex utroque.

injustæ acceptionis, & ratione rei acceptæ.

15.  
*Quid censendum de titulo contractus.*

Petes, quo titulo teneatur emptor v. g. præstare pretium rei emptæ, mutuatarius mutuum &c? Non enim ratione injustæ acceptionis, ut patet, non etiam ratione rei acceptæ: nam potest fieri, ut hæc non extet apud ipsam, ut si fortuito perierit. Resp. I. ex his contractibus non oriri proprie obligationem restituendi, sed solvendi aut satisfaciendi actioni, quam habet venditor v. g. aut mutuator in personam emptoris aut mutuatarii, non autem in ipsam rem, quam proinde jure repetere non potest, etiam si adhuc extaret, restitutio verò requirit reddi rem, quantum fieri potest, eandem. Resp. II. generalius accipiendo restitutionem, posse addi tertium titulum, unde contrahatur obligatio, scilicet contractum: per hunc enim acquiritur etiam jus ad rem, quæ proinde tribuenda est, ne justitia violetur: ideoque in exemplis propositis erit obligatio restituendi ex contractu.

### QUESTIO III.

#### Ex Qua culpa oriatur Obligatio Restituendi Damnum?

16.  
*Damnum cuius oriatur an quis præstare debeat.*

URISPERITI triplicem statuunt causam damni, dolum scilicet, culpam & casum. Et quidem damno, quod in re aliena erit, ex casu (fortuito nimirum, quia prævideri aut impediri non potuit, adeoque accidit nihil eorum omisso, quæ humanitas adhiberi, vel factu eorum, quæ omitti debuissent) certum est neminem per se loquendo obligari, sed rem ita pereuntem domino perire; quando nimirum is, apud quem perit, detinendo non est in culpa, aut mora culpabili, & præsertim quando non intercessit pactum, sive gratuitum, sive onerosum, de præstandis etiam casibus fortuitis.

17.  
*Dolus quid.*

Dolus censetur committi, uti l. i. ff. De dolo malo explicatur, quando aliud agitur, aliud simulatur; vel quando adhibetur caliditas, fallacia, vel machinatio ad alterum decipiendum seu circumveniendum. Qui quidem est dolus occultus, & frequenter censetur etiam à Theologis nomine fraudis aut doli. Sed ad præsens propositum loquendo juxta styllum juris, committitur dolus etiam, ubi deceptio seu simulatio abest, minimeque tegitur consilium nocendi; veluti malo dolo dicitur facere qui metum infert, qui rapit, vel aperto Marte occidit L. 2. §. doli mali 8. ff. de vi bonor. raptor. L. 14. §. 13. ff. Quod metus causa. Ut proinde aptius dicatur generatim consistere in machinatione injuste dampnificandi factu vel omissione, consulto & scienter adhibita; ut tradit Gualterus in Syntagm. Reg. Juris

Est semper præstandus. c. 17. n. 2. & seqq. Estque dolus in omnibus

negotio præstandus damnum passio, juxta omnes.

Culpa juridica seu stylo juris interdum etiam dolum complectitur. Hic verò solet à Juristis contra dolum distingui, quòd careat consultà & intentà machinatione mali, sed potius consistat in quadam incircumspectione seu negligentia damnosa, quatenus vel sit aliquid quod debuisset omitti, vel omittitur quod fieri debuisset. Dividiturque in Latam, Levem, & Levissimam. Culpa lata contingit, quando fit vel omittitur, quod quilibet facile advertit non fieri vel non omitti debuisset, ideoque non cadere solet in homines passim circa res proprias. Unde Lessius, Viggers & alii vocant omissionem diligentiam ab hominibus ejusdem fortis passim adhiberi solitam. Quare L. Lata 223. ff. de verb. signif. dicitur Lata culpa finis est, non intelligere id, quod omnes intelligunt. Quæ quidem non consistit in indivisibili, ut proinde una possit esse altera latior. Hæc tamen differentia non deservit præsentis proposito sed potissimum concernit judicem, quatenus juxta modum culpæ latæ poenam determinet. Et L. Magna 226. ff. eod. dicitur: Magna culpa, dolum est; quatenus nempe in jure dolo comparatur L. 1. ff. Si mensor &c.

Levis culpa stylo juris (ut videre est apud du Bois ad Reg. 23. juris civil. cap. 5.) est, quando diligentia, quæ adhibetur, non est exacta, quantum scilicet adhiberet rebus proprijs prudens & diligens paterfamilias; seu (ut Lessius, Viggers & alii loquuntur) quando omittitur diligentia, quam diligentiores in ista hominum forte adhiberent. Levissima, quando prædicta quidem diligentia adhibetur, non tanta tamen quantum adhiberet diligentissimus. v. g. culpa lata est, si quis noctu domum relinquit apertam; Levis, si non clausit fenestras altiores, quam ut de plano per eas intrari possit: Levissima, si fenestras versus publicum remotioresque à locis, in quibus domestici dormiunt, non muniverit ferreis perticis, de his plura vide apud du Bois ad Reg. 23. cit.

Culpa juridica potest dari sine culpa formali, seu in conscientia; quæ Theologica dicitur, quatenus est offensa Dei; Philosophica quatenus est deliberata actio vel omisso contra dictamen rationis. Si enim omisso diligentia debita fiat ex casuali oblivione vel inadvertentia, erit quidem culpa juridica, non tamen Theologica vel in conscientia. Estque nunc videndum, quomodo & ex qua culpa quis teneatur ad refarciendum damnum per illam illatum.

Et in primis quidem communiter ab omnibus admittitur, teneri hominem circa res alienas adhibere communem diligentiam, qualis solet adhiberi in proprijs; sic ut liberè & advertentè illam omittens teneatur

tenetur præstare damna secuta. Ideoque ex culpa lata cogetur quis à iudice ad reparationem damnorum. Nec solet in foro externo credi prætendens suam innocentiam in foro conscientia, fundatam in defectu advertentia; quam quique facile præteret.

22. *Non tamen in foro conscientia, si nulla subit culpa Theologica seu Philosophica.*  
 Quod si tamen reverà in illatione damni, etsi gravis, omnis culpa in conscientia, adeoque formalis iniustitia absit, v.g. si sequatur incendium, et quod fuerit omnia per puram oblivionem & inadvertentiam extinctio candelæ, communis Theologorum sententia tradit, secluso contractu, non oriri in conscientia obligationem reparandi damnum cum proprio saltem incommodo, non obstante etiam culpa juridica lata. Probat: quia non est obligatio ratione rei accepta; quæ supponitur non extare, saltem in potestate damnificantis. Non ratione iniustæ acceptionis, utpote quæ formaliter non est iniuriosa, defectu advertentia, adeoque libertatis. Quare sicut propterea stultus aut dormiens non tenetur in conscientia præstare damna, sic nec is, qui ab injuria formali excusatur, eò quod non fuerit similiter voluntaria seu libera.

23. *Probationes cuiusdam Nocturæ examinantur.*  
 Probat id ipsum Franciscus Bona Spei Tr. 1. d. 17. dub. 4. nu. 40. ex c. Fin. de injurijs. Sed potius hic canon facessit difficultatem in oppositum (ut infra patebit) ut multum sit, si bene cum nostra doctrina concilietur. Neque Pontifex aperte significat (quod idem ait) excusari à restitutione, qui ne damnum inferret, nil omisit, quod in conscientia adhibere debuit, quasi (quod solum faceret ad præsens intentum) sufficiat nil esse omisum cum culpa formali, sed cum qui de contingentibus, quæ scilicet per se & à parte rei adhiberi debuerant, nil omisit.

Probat præterea ex hoc, quod juxta L. 3. ff. ad L. Aquiliam oporteat esse factum injuriã; quæ L. 5. ff. eod. negatur esse in infantibus & amentibus, quia proculdubio culpa philosophicã & theologica caret: ergo (inquit) consequenter non est ad restitutionem obligatio in eis, qui hæc culpã carent. Sed nimis aberrat à scopo Legum, in quibus agitur de culpa juridica, quã utique hi non carent, etsi careant infantes & amentes. Unde injuria L. 5. cit. dicitur, quod non jure factum est, id est, contra jus &c. Igitur injuriam hic damnum accipimus culpã datum, etiam ab eo qui nocere noluit. Ideoque actione legis Aquilix tenetur quis non solum ex dolo & culpa lata, sed etiam ex levi, immo juxta L. 44. ff. eod. ex levissima. Videri possunt exempla, quæ allegantur Tit. cit. & Inst. de L. Aquilia, & Zoesius ad ff. eod. tit. n. 5. & Talden. ad Inst. de L. Aquilia c. 2. & 3.

24. *Quid si*  
 Dixi cum proprio saltem incommodo: nam si absque eo posset damnum facto meo il-

Herincx Sum. Theol. Pars III.

latum restitui, ratio postulare videtur, ut restituatur, veluti moraliter adhuc in potestate mea extans. Unde si quis inculpabiliter crimen alienum alicui detexit, bona fide existimans esse publicum, tenetur famam, si commode possit, reparare, etiam ex justitia, ut tradit Lessius c. 11. dub. 2. & alii passim.

Dices ff. Si quadrupes pauperiem fecisse dicitur. Et ff. de noxalibus actionibus, datur actio contra dominum ex damno illato per mancipium vel pecus suum, teneturque vel ipsum damnum resarcire, vel rem quæ damnum intulit noxæ dedere, id est, pro noxa seu damno dare damnum passis, ut ex corporibus mancipiorum vel pecudum, quæ nil à se distinctum habent prærio æstimabile, damnum sibi compensent. Quod non solum est conforme Legi Mosaicæ Exodi 21. sed etiam approbatur à Gregorio IX. c. fin. de Injurijs dicente: Quod si animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris, nisi ea dando passis damnum, velis liberare te ipsum. Similiter ff. ad L. Aquiliam datur actio ex culpa juridica, etiam ubi non est culpa in conscientia. Quod iterum probat Gregorius IX. sup. dicens: Si culpã tuã datum est damnum &c. jure super his satisfacere te oportet. Nec ignorantiam excusat, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere vel jaçuram. Quare tandem cum solum excusat, qui ut non accideret, de contingentibus nil omisit.

26. *Responsio.*  
 Resp. Leges istas respicere forum externum, & quamvis non sint proprie pœnales, esse tamen quasi pœnales, supponereque culpam saltem juridicam in mancipio damnificante, aut noxam in pecude, adeoque juxta doctrinam Petri Navarra & aliorum non obligare ante sententiam, neque aliter esse ulu receptas: homines enim passim has leges, aut aliam earum obligationem ignorant. Proinde Gregorius IX. agens de noxa data per animalia nostra, etiam intelligi potest de obligatione in foro externo, in quo vel reparatione damni, vel animalia noxæ dando quis liberat se ipsum ab actione impetitoris (à qua etiam per mortem, aut fugam animalis liberatur dominus; quod ipsum tamen ex natura rei non magis obligatum manet pro noxa, quàm statua ænea, quæ casu lapsa, aliquem læsit, maneat obnoxia) aut certe non est aliter ulu receptum. Quamvis propter hoc sententia contraria multorum doctorum quoad hoc sit probabilis juxta Lessium c. 9. dub. 17. Idemque est de actione L. Aquilia, si culpa in conscientia absit, scilicet eam solum respicere forum externum, & quid agendum post sententiam judicis: Etsi contradicat Covarruvias, quem citat & sequitur Zoesius in d. tit. num. 6. Gregorius autem se reflectens ad jus Civile, loquitur de satisfactione, quam

quam eodem jure dare oportet, scilicet in foro externo, & post sententiam; vel certe loquitur de ignorantia vincibili, adeoque de culpa in conscientia. Unde manet doctrina communis de exoneratione damnificantis sine peccato quoad forum conscientiae à restitutione. Si tamen legibus positivis aliud statueretur boni publici causa, earumque in conscientia obligatio satis innotesceret, consequenter esset juxta illas etiam in foro conscientiae procedendum; manente eo, quod ex natura rei talis obligatio non addit. Quae tamen videtur adesse in quantum ex noxa data per animal dominus factus est ditior, v. g. parcendo pascuis proprijs.

27. *Mores ho-*  
*dierni.*  
Hodie autem indistincte obtinuit juxta *Valer. Andr. ad Instit. Si quadrupes pauperem in addit. num. 4.* pecus in alienis pascuis extra tempora permissa deprehensum includere, & loco pignoris detinere liceat domino seu colono praedii, donec ei pro damno dato satisfiat: Nobiles praeterea fervorum actiones hodie apud nos nullae sunt, adeo ut & nomen illarum à foro nostro exularit; eò quod mancipia hic nulla sint, sed homines servientes quidem, liberi tamen, qui ipsi ex suis delictis tenentur, non autem dominus, regulariter loquendo. Vide *Valer. Andr. ad Instit. de Noxal. act. in addit. num. 4.*

28. *Damnificatio delib-*  
*vata obligat*  
*pro sui qua-*  
*litate ad re-*  
*paratio-*  
*nem.*

Quod si sit damnum datum cum perfecta advertentia, etiam in materia levi, constat apud omnes esse obligationem damno proportionatam: quemadmodum si grave sit damnum ita voluntarie illatum nascitur indubitanter gravis obligatio resarciendi totum.

*Quid cen-*  
*sendum, si*  
*intercesserit*  
*deliberatio*  
*imperfecta*  
*seu venia-*  
*lia.*

Sed difficultas est, si culpa sit imperfecta in ratione formalis injustitiae, puta quia fuit imperfecta advertentia excusans quidem in conscientia à culpa gravi, & perfecta injuria formalis, non tamen ab omni, saltem levi, in conscientia. De qua nihilominus *Soto, Navarra, Saa, Henriquez, Sanchez, Lessius, VViggers* & plurimi alii censent etiam excusare in foro conscientiae à reparatione damni, idque ob imperfectiorem actus in ratione injuriae, unde videtur non posse constringere obligatio restituendi, saltem perfecta seu gravis: quae plane abstraheret homines ab immiscendo sese rebus proximi cum praesudicio humanae societatis, si ex veniali negligentia seu inconsideratione, quae facile obrepit, oriatur adeo gravis & difficulter tolerabilis obligatio. Immo nec imperfectam seu sub veniali oriri obligationem probatur ex eo, quod mirum videretur obligari aliquem ex jure naturae à restitutionem gravissima materiae, v. g. centum mille aureorum, sub solo veniali, à quo proinde aliàs non possit absolvi. Nec facile inveniretur, qui id praestaret: ut proinde modicum haec obligatio emolumentum adferret damnum passo, &

maximum onus uni forte inter myriades, qui illud subiret. Quod si asseratur obligatio venialis restituendi quid leve v. g. 10. stuferos; esse haec minus incommodi habeat, quid tamen ipsa in tanta summa seu damno juvabit? Confirmatur: quia juxta communem sententiam nemo tenetur ex voto aut contractu, nisi perfecta deliberatione inito. Nihilominus haec doctrina non est certa, varijs obligationem restituendi etiam gravem ex culpa veniali oriendam, sive ad totum damnum, sive ad partem pro qualitate culpa agnoscentibus, veluti ab aequitate non alienum aut ex ea debitum. Proinde ad securitatem conscientiae serviret, si aliqua moderata transactio fieret, ac damnum passo aliquo usque fieret satis.

29. *Ex contr-*  
*ta qui nati-*  
*ci possit de-*  
*bitum pro-*  
*stanti cul-*  
*pam, etiam*  
*levissimam.*  
Praemissa sunt intelligenda secluso contractu seu quasi contractu. Hinc enim oriri posset obligatio in conscientia citra omnem injustitiam formalem ex culpa juridica, etiam levissima, si id in justum patrum, sive gratuitum, sive onerosum, fuerit deductum, prout sane interdum deduci posset, uti & praestatio casus fortuiti.

Quamvis aliqui lege naturali justitiae sufficeret in rebus alienis adhiberi consuetam, & in rebus proprijs adhiberi solitam, adeoque ab ipso rei domino adhibendam diligentiam. Ut proinde leges amplius statuentes superaddant id rigori justitiae, ut recte *Lessius cap. 7. dub. 8.* & alii passim docent. Honestas quidem seu gratitudo exigit, ut circa alienas res, quibus nostri gratia utimur, simus magis circumspiciti, non tamen ex natura rei id exigit justitiae rigor. Quod non parum confirmatur ex eo, quod juxta *L. 8. §. 3. ff. de precario* dumtaxat dolum, & culpam latam (quae ibidem dicitur proxima dicitur) praestare teneatur precario accipiens, eò quod precarium sit ad nutum concedentis jugiter revocabile, secus quam commodatum, ad certum scilicet usum vel tempus, in quo tenetur commodatarius praestare etiam culpam levissimam *L. Si ut certo ff. depositi, & Un. de Commodat.* Et tamen satis patet differentiam istam in sola congruentia (quae etiam cessat, dum tempus commodati expiravit) & res de praesumpta domini licentia adhuc detinetur, cum onere praestandi culpam levem, ut arguit *Lugo d. 8. sect. 8. n. 104.* fundatam, non sufficere ad hoc, et ex natura rei & legibus justitiae praecise, ex precario sola culpa lata, ex commodato etiam levissima sit praestanda.

30. *Qua culpa*  
*secundum*  
*leges pre-*  
*standa, dum*  
*res aliena*  
*est penes nos*  
*ex certis ge-*  
*neribus con-*  
*tractuum.*  
*v. g. ex*  
*(hoc*  
Legibus itaque positivis statutum est, ut nisi aliter conventum sit: nam in singulis contractibus hoc servabitur, quod initio convenit: legem enim contractus dedit. *L. contractus 23. ff. de reg. juris*, ubi excipitur, si res aliena sit apud me vi contractus cedentis in mei solius commodum, uti fit regulariter in commodato, nempe citra pretium

commodato, (hoc enim interveniente miscetur condu-  
ctio) teneat de culpa etiam levissima. Ex-  
cipitur precarium, juxta præmissa n. præ-  
ced. Si cedat contractus in gratiam alterius  
dumtaxat, uti in deposito, teneor solum  
de dolo; supplè cum Glossa & omnibus  
Doctoribus, vel culpâ latâ, quæ dolo pro-  
xima, dolum repræsentat, prout dicitur L.  
1. §. 2. ff. Si is qui testamento. Unde etiam  
si commodatum detur gratiâ solius etiam  
rarius, v.g. ad excipiendum ejus amicos, so-  
lum præstat dolo & culpa lata. Exci-  
piuntur in jure quidam contractus, ut man-  
dati, tutelæ, negotiorum gestorum, & ra-  
tiones speciales, quæ legilatorem impule-  
runt. Denique si contractus cedat in com-  
modum utriusque, ut fit in pignore, con-  
ductione &c. teneor de culpa lata & levi,  
non tamen levissima. Vide L. Si ut certò ff.  
Commodati, L. Contractus 23. ff. de reg. juris.

Instit. Quibus modis re contrahitur obligatio.

31. Nautæ nihilominus, Caupones, & Stabu-  
latii, qui res hospitum, eorumque qui ve-  
huntur, custodiendas receperunt, levissi-  
mam culpam præstant L. 3. §. 1. ff. Nautæ,  
Caupones, Stabularii. In contractu quoque  
societatis, etsi in utriusque bonum ceden-  
te, præstanda non est levis culpa aded exa-  
ctè, sed ad modum quo quis rebus suis  
utitur, etsi parum in ijs sit negligens, quasi  
sibi imputare debeat adhibens socium non  
aded diligentem L. 72. ff. pro socio. Idem-  
que est de ijs, inter quos citra societatem  
res aliqua v.g. hereditas, est communis L.  
25. §. 16. ff. Familia erciscunde. De quibus  
plura videri possunt apud Jurisconsultos,  
signanter Du Bois ad reg. 23. juris Civil. At-  
tendendæ quoque locorum consuetudines,  
quæ variari possunt. Sic enim Consuetudines  
Mechlinienses Tit. 8. a. 15. Statuunt; de-  
positarium, etiam citra mercedem, susci-  
pere rem suo periculo, tenerique ad om-  
ne damnum, excepto casu inevitabili & vi  
majori.

Quam cul-  
pam præstet  
nautæ, cau-  
pones &c.  
Qua culpa  
præstanda  
ex contra-  
ctu socie-  
tatis.

Consuetu-  
dines Me-  
chlinienses  
circa depo-  
situm.

32. Quia verò prædictis juribus statuitur  
id quod æquitati consonum est, & cav-  
endis fraudibus ac negligentis oportu-  
m, ceptetur juxta receptam Doctorum opi-  
nionem (quam sequitur Lessius ca. 7. dub. 8.  
Vviggers Tr. 2. cap. 1. dub. 7. & alii passim)  
eorum dispositio in conscientia & ante  
omnem sententiam judicis obligare, & in  
conditionem talium contractuum transire,  
aded ut v. g. commodans censetur impo-  
nere, & commodatarius acceptare onus di-  
ligentissimè rem custodiendi.

33. Oppositum nihilominus conlet Soto, Saa,  
Henriquez, alios referens, Ledesma & alii,  
ac probabile censet Lessius sup. Filiucius,  
Diana & alii, ut refert Lugo disp. 8. sect. 8.  
in hoc ipsum valde propendens, quantum  
ad præstationem culpæ levis & levissimæ.  
Ratio assignari potest, quòd leges istæ, etsi  
potuerint strictius obligare, non tamen id  
latis constet; & aliunde videatur sequi con-

ditionem legum pœnalem, quatenus sup-  
ponunt culpam saltem juridicam, adeoque  
non obligent ante sententiam: aut certè  
quòd non sint in alio rigore usu receptæ  
pro foro conscientiæ, hominibus passim  
existimantibus se ex justitia non debere  
majorem adhibere diligentiam in custodia  
pignoris vel rei venditæ, quam dominus  
ipse adhibere soleat. Idemque videri po-  
test in comodatò: etsi id cautius custo-  
diant ob notam inhonestatis aut ingratu-  
tudinis cavendam. Nec minorem appreh-  
dunt custodiam precario, quam com-  
modato deberi, Usurumque autem etiâ cau-  
destructum sæpe ex honestate præstant.  
Cum ergo in obscuris minimum sit se-  
quendum, denegari nequit huic sententiæ  
nota probabilitatis, donec legislatores aper-  
tius mentem declarent. Fatendum saltem  
adesse obligationem in conscientia post  
sententiam, cui veluti justè omnino pa-  
rendum.

Ad contractum revocari solet officium,  
quo quasi ex contractu censetur Officia-  
rii obligati ad ea, quæ muneris sui sunt. Ex  
qua verò culpa teneantur, Variè variè sen-  
tiunt. Sententia nihilominus plurimorum  
(quam sequitur Valquez, Lessius, ut citat  
& sequitur Lugo disp. 8. sect. 7. dicens esse  
jam communem) est, eos non teneri etiam  
ex culpa levi; eò quòd oppositum cense-  
retur onus gravissimum, quale homines in  
se non agnoscunt, neque creduntur velle  
suscipere, dum officium suscipiunt: quòd  
etiam respublica non videatur plus ab ipsis  
sub gravi obligatione exigere, quam ut  
eam diligentiam adhibeant, quam ceteri  
prudentes in eò officio adhibent. Et con-  
sonat praxis: nam ut testatur Julius Clarus  
adferens alios Auctores (teste Lugo sup. nu.  
92.) judices & alii Officiales hodie non ac-  
culantur, nisi de dolo & culpa lata. Quam-  
vis (ut notat Lugo) in ijs aliquandò cense-  
retur culpa gravis, quæ in officio caren-  
tibus censetur levis, utpote non excedens  
communem diligentiam hominum, istius  
fortis seu officii. Immo probabilem censet  
idem Lugo sup. sententiam Soti (quam ait  
multis Recentioribus doctissimis placere)  
asserentis, neminem ex officio teneri in  
conscientia ad damnum solvendum etiam  
ex culpa lata, nisi foret simul theologica,  
& quidem gravis.

Plura de coöperantibus ad damnum, &  
alijs, quæ restitutionem in communi quo-  
dammodo spectare videntur, commodius  
agendo de restitutione bonorum fortunæ  
(in quibus potissimum usuveniunt &  
specificari solent) tractabimus. Itaque ad  
injurias in particulari, & restitutionem cor-  
respondentem nunc descendendum. Variæ  
porò sunt injuriarum species, uti bono-  
rum, in quibus ipsæ versantur; nimirum in  
bonis animi, corporis, famæ & honoris, ac  
tandem externorum seu fortunæ.

34. Ex vi offi-  
cii qua cul-  
pa præstan-  
da.

Variæ inju-  
riarum, ut  
bonorum,  
species re-  
censentur.



## DISPUTATIO SEXTA.

De Injurijs in Bonis Animi & Corporis, Ac Restitutione  
Necessaria.

## QUESTIO I.

De Injurijs in Bonis Animi, &  
Restitutione.1.  
Varia ani-  
mi bona.In quibus  
est locus in-  
jurijs ac  
damnis.  
Privans a-  
liquem usu  
rationis ad  
quid teneat-  
ur.

BONA animi quædam sunt naturalia, ut ingenium, libertas, scientiæ naturales &c. quædam supernaturalia, ut jus ad sacramenta, status gratiæ, innocentia vitæ &c. Certumque est hominem in similibus non minus posse pati injuriâ & damna, quam in bonis inferioribus. Sic etenim qui philtro vel aliter privat hominem v.g. sensu vel usu rationis, gravissimam injuriam cum damno ei infert; quamquam ob impossibilitatem reparandi in se aut æquivalenti, excusetur à restitutione, si tunc factis, ut penitentiam coram Deo agat, & veniam pro injuriâ petat, si auctor noscatur. Pro damno nihilominus temporali quod inde sequitur, tenetur facere compensationem, v.g. si artem lucrosam deinceps non valeat obire. In quo est paritas inter illum & mutilantem. Soletque in hujusmodi quoque intervenire læsio organi corporis.

2.  
Qui peccet  
& ad quid  
teneatur  
inducens  
alterum ad  
malum per  
vim vel  
fraudem.Quid si vis  
& fraus  
absuerit.

Similiter qui alterum vi seu metu & minis, vel fraude retrahit à virtutibus, aut inducit ad peccatum, vel errores contra fidem aut mores, peccat indubiè non solum contra virtutem in cuius materia versatur peccatum alterius, sed etiam contra justitiam: cum hujusmodi vis & fraus sit aperte ei injuriola, non minus quam in alijs materijs, ratione sibi congenitæ libertatis & juris ad illam. Quocirca obligatur talis ex justitia vim tollere, error & fraudemve deponere. Et mala quæ interim alter facit, esto per ignorantiam excusaretur, imputantur tamquam voluntaria ipsi impostori. Adeo verum est illud *Hesiodi: Malum consilium, consultori pessimum.* Immo etiam damna spiritualia, si quæ ratione hujus injuriæ alter patitur, tenetur injuriosus, quantum possibile est, in rigore reparare. Quod si verò nulla vis vel fraus intercesserit, consequenter non subsistit vera injuria, adeoque nec injusta damnificatio, quæ sit restitutioni obnoxia: nisi peccatum ad quod alter inducitur sit tertio injuriosum, v.g. si suadeatur alteri, ne debitum solvat. Quocirca pertrahens aliquem sine vi vel fraude ad malum, manet solum ex charitate obligatus in eundem correctioni scandalizati. De quo in materia de Scandalo actum est.

Hinc etiam qui per preces vel promissa sine falsis suggestionibus avertit adolescentem vel Novitium à Religione, non est obligatus ex justitia sive Religioni sive Novitio, cum non sit commissæ injustitia.

Idemque censet *Lessius c.8. dub.3.* si ita persuadetur fuga profecto, quod scilicet non tantum non fiat injuria fugitivo, sed neque Religioni, quantum ad operas religiosi temporaliter utiles, quibus exinde caret Religio, cui nimirum non erant ab ipso (qui est principalis) ex justitia debita; ut proinde suasio fugæ, esto quæ talis esset injuriola Religioni ratione juris acquisiti per professionem in religiofam personam, non tamen quatenus respicit otium, quod etiam expressè ei persuadendo, non fieret strictè injuria: quæ citra vim & fraudem non est in cooperatione, quando non est in ipso principalis agētis opere. Quemadmodum idcirco suasionem solâ flectens alterum, ne leget petro pecuniam, non facit huic injuriam; quod nec ipse principalis injuriam committat, si legatum non facit. Quare præter *Lessium* sic sentit *Sanchez, Soto, Ledesma, Aragon, Navarra* apud *Lugo d.9. s.3. n.41.* qui & ipse ei ut probabili acquiescit.

Quando verò per violentiam aut fraudem quis avertit alterum ab ingressu vel perseverantia in Religione, tenetur ex justitia vim seu dolum tollere, eademque persuadere reditum, ut docet *Soto, Sanchez* & alii, & omnino verum videtur *Lugo d.9. s.3. n.28.* qui addit etiam teneri ad detrimentum, sive temporale, sive spirituale, quod ea de causa alter est passus, reparandum, si fieri possit.

Adunt præterea plures Doctores, *Scotus dist.15. qu.3. in fine, Antoninus, Paludanus, Gabriel, Sylvester, Adrianus* & alii, quos ex *Sanchez* refert *Lugo sup. n.29.* oportere ex justitia procurare, ut si alter redire nolit, alius æquivalens intret; alioquin ipsum damnificantem debere intrare. Quod postremum tamen non habet *Scotus.* Et negatur utrumque à *Soto, Sanchez* & alijs passim, ut citat & sequitur *Lugo n.30. & seqq.* eò quod in foro externo non solet talis obligatio imponi, immo nec teneatur ad alterutrum, qui religiosum occidisset. Credo saltem (quidquid sit de rigore) Religionem facile censeri hujusmodi compensationem non exigere, quæ non videtur moribus recepta.

Ad emolumenta temporalia sperata, ad quæ Religio necdum jus habebat, & quæ

3.  
Quid si  
absque vi  
vel fraude  
avertatur  
à Religione  
Novitium  
Aut etiam  
professus.4.  
Quid si  
causa  
tum sit  
libera  
vel fraus.

valde per accidens seu remotè ipsam tan-  
gunt, probabile censet Sanchez non exten-  
di onus restituendi. Lessius quòque c. 8. dub.  
3. num. 15. probabile censet non teneri ad  
compenfanda damna monasterii, si sedu-  
ctus restituatur libertati, dum adhuc ei est  
integrum (prout frequenter non est) redire,  
quali deinceps solus novitus suà liberà vo-  
luntate cenfatur horum damnorum causa.  
Sicut qui fraudem tolleret antea resolutio  
facere Petro legatū, si frans tollatur re inte-  
grā, ad nil tenetur Petro. Nihilominus si  
occasione fraudis vel vis illata mutarit  
Novitus ferid animum, deceptor videtur  
causa damni, ut inquit idem Lessius sup.  
Eundem ad restitutionem obligari com-  
munis quoque aliorum doctrina apud Lu-  
go n. 33. (qui illam sequitur cum quādam  
limitatione) tenet: quemadmodum ad re-  
stitutionem tenetur impediens alterum per  
vim vel fraudem à consecutione legati  
vel beneficii. Quod facilius cenfitur in ca-  
su singularis metus & industriae candidati,  
aut etiam quando certò moraliter expecta-  
tur pinguius legatum. De cetero opera  
temporaliter utiles compenfantur ordina-  
riè per alios citra praedudium, quod apud  
Religionem in considerationem veniat.

inde (ut notat Augustinus sup. c. 20.) non  
fuit additum proximum, uti in illo: Non  
loqueris adversus proximum tuum falsum te-  
stimonium. Quamvis nihilominus satis cen-  
feretur fuisse inhibita occisio sui, uti &  
prohibitum cenfetur falsum testimonium  
contra seipsum; nimirum quia nemo sibi  
seipso propinquior. Unde cum ob propin-  
quitatem majorem parricida sit sceleratior  
simplici homicida, sine dubio (inquit Au-  
gustinus l. de patientia c. 13.) peior est, qui  
se occidit: quia nemo est homini seipso pro-  
pinquior.

Ratio fundamentalis est: quia nemo ha-  
bet jus in vitam propriam, sed solus Deus;  
cujus proinde concessio foret ad suicidium  
necessaria: quae aded non subest, ut potius  
subsit strictissima prohibitio. Estque idem  
judicium naturae non obsecatae naturali-  
ter insitum. Immo (ut ait Josephus lib. 3. de  
Bello Judaeo cap. 14.) propria manus perire  
à commune omnium animalium natura des-  
crepat, eoque modo res creatorem nostrum Deum  
suum scelus admittitur. Nullum enim est  
animal, quod ex industria vel per se moria-  
tur.

Dixi propria auctoritate: jussu enim &  
auctoritate Dei indubiè id liceret. Sic excu-  
satur factum Sampsonis ab Augustino 1. de  
civ. cap. 21. Immo nec Sampson aliter ex-  
cusatur (inquit S. Doctor) quòd se ipsum  
cum hostibus rursus domus oppressit, nisi quia  
spiritus latenter hoc jusserat, qui per illum  
miracula faciebat. Eodem modo excusari  
potest factum Eleazari occidentis elephan-  
tem, cujus se mole noverat opprimendum  
1. Machab. 6. Sic quoque communiter  
excusatur factum famosum S. Apolloniae, &  
ab Augustino 1. de civ. c. 26. factum simile  
aliam virginum pro custodia pudicitiae  
se nihilominus à tyrannis necandas occi-  
dentium; quae ab Ecclesia pro martyribus  
coluntur. Quae nihilominus (ut notat  
Lessius c. 9. dub. 6. nu. 24.) censentur marty-  
res, quatenus propter fidem Christi ad hoc  
quodammodo fuerunt compulsa, sic ut  
moraliter cenfentur ab ipsis persecutori-  
bus occisae. Possent tamen quaedam vir-  
ginum se pro tuenda pudicitia occiden-  
tium facta praeter modum ex Augustino  
premissum excusari per ignorantiam incul-  
patam; quae facilius potuit in hujusmodi  
simplicioribus intervenire: cum & ipse  
Hieronymus in cap. 1. Jona circa finem id li-  
cere, satis aperte insinuarit dicens: In per-  
secutionibus non licet propria perire manu,  
absque eo ubi castitas periclitatur. Alterutro  
quoque horum modorum excusatur fa-  
ctum Clarissarum apud Vaddingum in  
Annal. Minor. ad annum 1091. n. 1. quae  
omnes hortatu & exemplo Abbatissae sibi  
nasos absciderunt, siue etiam varijs ichi-  
bus facies deformarunt, ut horrore effe-  
ctae Saracenis urbem Ptolemaidam inva-  
dentibus, ab eisdem non profitterentur;

Et ratione.

Licitum il-  
lud facit  
Dei jubentis  
auctoritas.  
per quae  
excusantur  
facta Samp-  
sonis, Elea-  
zari, Apol-  
loniae, &  
quarundam  
aliam  
virginum.

Cur haec uti  
martyres  
colantur.

Ignorantia  
possent quo-  
que facta  
quarundam  
virginum excu-  
sari.

Factum no-  
tabile Cla-  
rissarum  
Martyrum  
Ptolemaidae.

Quid deni-  
que si id fiat  
circa pro-  
fessum.

6. Suicidium  
propria au-  
toritate  
semper illi-  
citur.

Probat  
auctoritate.

QUESTIO II.

An licitum sit Occidere vel Mutilare seipsum?

DEO I. Illicitum est, cujusvis mali  
carendi cavefdivè causā, occidere  
propria auctoritate directè seu ex inten-  
tionis seipsum. Est indubitatum apud om-  
nes contra quosdam ex Donatistis dictos  
Circumcelliones apud Augustinum Haresi 69.  
qui per mortes varias seipfos necare con-  
sueverant; adeoque veri erant diaboli mar-  
tyres. Assertionem pulchre tradit idem  
Augustinus 1. de civ. c. 17. & seqq. Et fi-  
gnanter cap. 22. ostendit suicidium non tam  
esse signum fortitudinis, quam formidinis.  
Vide etiam c. 26. & alibi.

Probat ex praepcepto decalogi simpli-  
citer lato & semper intellecto: Non occi-  
des. Quo omnis hominis, adeoque à for-  
tiori sui ipsius occisio prohibetur. Ubi pro-

Causa.

à quibus nihilominus glorioso Martyrio decoratæ sunt. Præsertim tamen examinandum, an dum prætenditur divina inspiratio; nullo ipsa (ut monet *Augustinus supra*) nutet incerto, & non potius ille, qui se transfigurat in angelum lucis, sub specie melioris vitæ callide ducat in miseriam.

8. An iudicium condemnantis auctoritate iudicis potest se occidere. Sententia affirmans.

Petes, an auctoritate iudicis iuste damnatus ad mortem, possit, eo iubente vel committente, esse minister iustitiæ se ipsum occidendo? Affirmat *Poncius d. 52. q. 1. A. num. 18.* Quod magis videri posset admittendum; si morte laeviori v.g. sumptione veneni per se exequenda vitaretur longè acerbior iustè aliàs infligenda. Quamvis autem ex ratione naturali fortasse difficulter id posset falsitatis convinci, admittendum tamen non videtur: tum quia repugnat communissimæ omnium Doctorum sententiæ, quam *VViggers Tr. 2. cap. 2. dub. 14. num. 96.* censet indubitam, & à qua in re tanti momenti o[mn]i plausibilem aliquam rationem non est facile recedendum. Tum quia quædam exceptiones divina fecit auctoritas, ut liceat hominem occidi. Sed his exceptis . . . quos lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi jubet (inter quos non legitur casus prævens) quisquis hominem, vel seipsum vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur, ut ait *Augustinus 1. de civit. cap. 21. & refertur c. Si non licet, 23. quæst. 5.* Tum quia nemo censetur idoneus minister iustitiæ in se ipsum, uti nec in proprium patrem: ut proinde talis modus suicidii videatur non esse à Deo concessus; qui idcirco etiam numquam adhibetur: solum enim damnatur quis ut mortem patiatur, non ut illam sibi inferat. Proinde quia omnis, qui sine ulla legitima potestate auctoritate hominem occidit, homicida est, quisquis (infert *Augustinus Epist. 61.*) seipsum occidit, non sit homicida, si non homo est.

9. An condemnatio licet statui veneni sumptio.

Unde inferunt Doctores communiter contra nonnullos (inter quos solent referri *Victoria, & Aragon*) damnatæ ad mortem non licere sumptionem veneni per seipsum, etsi is possit aperire os ad alterius infusionem: eò quod primum censetur occisio sui, uti sumptio plumbi liquati, applicatio gladii vel ignis &c.

An damnatus ut fame pereat abstinerere possit à cibis oblati.

Aliud censet *Lessius cap. 9. dub. 6. num. 29.* citans *Henricum & Sotum* de condemnato ut fame pereat, si respuat cibos oblatos; utpote qui iusta de causa, nempe ut se conformet iustæ sententiæ, solum vitam non conservat, permittens calore interno illam absumi. Nihilominus id negat *Victoria, Aragon* (quod mirum est, inquit *Lessius supra* attentà doctrinà eorumdem fratrum præmissâ) *VViggers sup. dub. 16.* & plures alii, consonatque *D. Thomas quæst. 69. art. 4. ad 2.* Ratio est;

quia talis se non conformat iustæ sententiæ: cum iudex non præcipiat, neque præcipere legitime possit; ut reus non comedat, sed ne quis ei cibum adferat. Unde cum aliunde non comedendo censetur moraliter seipsum necare, videtur potius dicendum, eum non posse à cibo oblato abstinere.

DICO II. Iustis de causis licitum est multa facere vel omittere, ex quibus indirectè creditur mors etiam certè secutura. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia non præcipitur omni casu & modo vitam propriam servare, nec periculo mortis se exponere; sed ne quis directè seu ex intentione vitam sibi velut exolam auferat, nec sine iusta causa ejus amittendæ periculis se exponat. Unde potest & tenetur miles, non obstante certo mortis discrimine pugnare, stationem periculose non deserere &c. Reus certè interficiendus potest non fugere, carcere etsi aperto: immo potest zelo iustitiæ, ut sua peccata vindicentur, ad aliorum exemplum se potestati iudicis tradere, desiderando nempe passionem mortis meritò à iudice inferendæ, non se occidendo. Prout quidam ex homicida factus monachus fecisse legitur in Præto Spirituali. Præterea deficientem omni alimento, præter carnem humanam, potest fame emori. Ad conservandam Principis vitam potest se telo obijcere. Horrendà item mutilatione non tenetur vitam conservare; cum non sit digna tanto dolore salus.

Similiter juxta Doctores potest conclusus in domo seu turri flagranti se causâ evadendi incendium è fenestra seu turri præcipitare cum evidenti mortis discrimine: quod natura etiam animantia irrationalia docuit. Non tamen posset in se gladio confodere; hoc enim esset directum suicidium, quale semper est, dum mors intenditur tamquam finis aut medium. Prout hic contingeret: mors enim hic est medium necessarium ad evadendum vivi comburium: Secus quàm in eo, qui se præcipitat, ex quo si fortè siors non sequeretur (ut interdum fit) adhuc evaderetur incendium.

Potest quis similiter suffodere turrim cum periculo oppressivis. Si tamen pro omnino certè sit & sciatur secutura oppressio, difficile est excusare à directâ occasione: uti & injectionem ignis in pulverem tormentarium, unde navis cum existentibus pereat. De quo proinde ita sentit *VViggers sup. dub. 18.* & alii, & cononant *Augustinus* loquens de facto Sampsonis, tamquam inexcusabili citra iustitiam Dei. *Lessius* nihilominus *cap. 9. dub. 6.* respondet, alios hic nullam talem iustitiam censere necessariam (addunt aliqui fundari necessitatem in intento directè suicidio

10. Discrimini aperto mortis iustis de causa se licet exponere.

Variis exemplis aliorum.

11. Exitus à turri flagranti in licitum.

12. An licita suffocatio turris vel campustium in prælio.



cidio conformiter ad illud Jud. 16. *Moriatur anima mea cura Philistym* ) excusans proinde praxim militum communi consensu navem incendendam seque mari committentium, ne ipsi & navis veniant in hostium potestatem cum publico reipublicae Christianae damno, cetero nihilominus ab hoste occidendi. Idem docent plures alii; & in hoc magis inclinat *Lugo d. 10. sect. 1. sub finem* agens etiam de injuciente ignem in pulverem tormentarium cum certissima sui absumptione ad extendendam turrim hostilem, adferentque exempla, in quibus licitum est impetere directe nocentes, etsi innocentes una periant: quidni ergo liceat, etsi una pereat ipse, qui impetit?

13. Sui mutilatio extra necessitatem illicita.

**D I C O III.** Illicita est per se loquendo seu extra necessitatem sui mutilatio per se vel per alium adhibenda. Est certum apud Doctores unanimiter. Idemque reductivè censetur prohibitum præcepto: *Non occides*. Ratio est: quia nemo est membrorum suorum dominus, sed custos & fructuaris, adeoque citra necessitatem ea destruerè non potest. Quare seipsum abscindere seu castrare inhibetur expressè *can. 22. & 23. Apostol.* ubi id agentes dicuntur sui homicidae, scilicet partiales. Similiter *can. 1. Concilii Niceni* vetantur tales ad clerum admitti.

14. Non licet castratio ad superandam aut vitandam carnalis tentationem.

Nèque excusat ullà verisimilitudine prætextus vitandi aut superandi tentationes carnis, aut alias peccati illecebras: cum sanctiora sint ad earum (quibus non nisi liberà voluntate succumbimus) victoriam remedia. Ideoque passim à Patribus graviter improbatum factum *Origenis*, qui (ut ait *Hieronymus Tom. 2. Epist. ad Pammachium & Oceanum de Erroribus Origenis*) *zelo Dei, sed non secundum scientiam* ferro truncavit genitalia. Quin immo (si credimus *Chrysostomo hom. 63. in Matth. Basilio lib. de Virginit. circa finem, & Epist. 87. ad Simpliciam*; & indicare videtur *Augustinus lib. 6. contra Jul. cap. 14.*) castratione, in ætate præsertim virili facta, concupiscentia non fit mansuetior, sed potius molestior. Quare *Ecclesi. 20.* dicitur, *Concupiscentia spadonis de virginibus juvenulam.* Et *cap. 30. Videns oculus & ingemiscens, sicut spado complectens virginem & suspirans.* Ubi satis indicatur, Spadones singulariter concupiscentijs carnis esse obnoxios.

15. Dicitur Christi: Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum & projice abs te. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te. Sic intellige cum Patribus, si quis homo sit tibi conjunctus, utilis aut necessarius sicut pes, manus aut oculus, & sit tibi scandalo, projice à tua conversatione. Quemadmodum & illud, quod *Matth. 19.* de

eunuchis seipso castrantibus propter regnum caelorum dicitur, de spirituali castratione per voluntariam perfectæ castitatis custodiam debet cum Patribus intelligi.

Quare etiam non est toleranda quorundam doctrina (cujus patronum agit *Ca. Amiel in Theol. Fundamentali*, & quam probabilem asserit *Thomas Tamburinus l. 6. in Decal. ca. 2. §. 3. n. 4.*) permissivæ castrationem pro obtinenda suavitate vocis tanquam licitam.

16. Nullatenus licita est castratio ad retinendam vocis suavitatem.

Nec obstat præmissis exemplum *S. Marci* abscindentis sibi pollicem, ne ordinaretur sacerdos. Nam *Marcus iste* (ut ostendit *Baronius ad annum 45.*) non fuit Evangelista, sed Anachoreta; cujus tamen sanctitas facit præsumere in ipso bonam fidem se inculpata ignorantiâ. Nisi quis credat adfuisse divinum impulsu. Qui autem Spiritum sanctum habent impulsorem, communi lege non tenentur; neque id trahi potest in exemplum.

17. Marcus abscindens sibi pollicem, non fuit Evangelista.

**D I X I** in conclusione, extra necessitatem hæc enim mutilationem excusat, quæ videlicet fit ad conservandum totum, aliàs gangrænâ v.g. periturum. Ratio autem dicitur partem posse pro totius (ad quod ordinatur) salute exponi seu negligi. Ideoque vita nunquam potest occisione sui tolli, cum id nunquam possit esse necessarium ad salvandum aliquid ipsâ vitâ præstantius. Idemque ob eandem rationem est, si totum sit periturum ex causa extrinseca physica: puta si non nisi divulsâ & mutilatâ manu alligatâ rei quæ comburitur, queam evadere incendium. Immo *Lessius cap. 9. dub. 14.* & alii passim contra *Sotum* censent probabilius posse idem fieri jubente tyranno sub interminatione mortis, etsi injustè inferendæ, dummodo non in contemptum Religionis: eò quod censetur Deus concessisse potestatem in membra, quantum necesse; ut totum salvetur; adeoque perinde fit, sive sint physice noxia; sive tantum moraliter ex mala alterius voluntate. Quare à pari aut fortiori idem liceret ad mandatum Judicis, aliàs morte justâ reum puniuri. Quamquam (ut ex *Maldero* notat *Viggers sup. dub. 19.*) iudex id non possit rectè legitime præcipere; qui consequenter non obligatur præcipienti obedire, neque etiam tam duro remedio vitam redimere.

18. Mutilatio licita est, ut salvetur totum.

19. Etiam ex causa periturum extrinseca, si physica sit.

20. Quid si mortali, v.g. iusto tyranni.

Q U Æ

## QUÆSTIO III.

*An Licitum sit Occidere Proximum Innocentem?*

19.  
Innocentis  
directa occi-  
sio semper  
illicita.

**D**ICO I. Numquam licet per se & directe interficere innocentem. Est communissima Theologorum & juxta *VViggers* cap. 2. *de b. 13.* certa doctrina. Fundatur in generali prohibitione: *Non occides; Tu* (ut *Exodi 23.* legitur) *Infontem & justum non occides.* A qua non legitur facta esse ulla exceptio; ut proinde omnis calus censeatur contentus juxta regulam *Augustini. 1. de Civit. 20.* Ex quo sumitur ratio conclusionis: non potest enim quis de re non sua disponere illam destruendo sine concessione, immo contra voluntatem domini, qui respectu vite est solus Deus.

Nequidem  
ad averten-  
dum reipub-  
licæ exci-  
dium.

Unde etsi tyrannus minaretur certum reipublicæ excidium, nisi caput innocentis amputatum sibi mittatur, illicitè hoc reipublica pararet: quidquid contra tormentum omnium Doctorum ex mera congruentia plausibili senerit *Poncius d. 52. num. 25.* Quemadmodum nec unicum peccatum fornicationis committi posset jubente tyranno, ut reipublicæ imminens excidium impediatur. Quidni autem pari ratione conjectari posset, Deum in tali necessitatis articulo concessisse dominium seu potestatem utendi corpore non suæ? Itaque Deus, qui discrimini sui peculii seu reipublicæ præsens adest, quique facile potest salvare, si velit, omnes, rationabiliter non vult id fieri per occisionem innocentis; contra cujus voluntatem nemo potest id attentare, etsi omnes reliqui perirent, Domino sic volente. Plura etiam opposito semel dato nascerentur incommoda, & casus multi facile pari ferè fundamento fingerentur contra bonum naturæ. Et sicut posset occidi unus, quidni viginti, centum, mille &c. ut major pars servetur? Quidni interdum ad diuturnos ac intolerabiles cruciatus vitandos, item periculum sequentium peccatorum &c. licebit occidere seipsum? Et in præsentem quidni ipse innocens possit occidere seipsum ad bonum reipublicæ tuendum?

20.  
Innocens  
tamen te-  
netur se dis-  
criminari ex-  
ponere.

Potest, et-  
iam invi-  
tus tyranni  
dispositioni  
permissi.

Ipsè nihilominus innocens teneretur ex officio subditi & partis se discrimini mortis exponere pro republica, sequè tyranno præsentare, ut ad se mitti occidendum posset. Et consequenter *Lessius c. 9. dub. 7. VViggers sup.* & alii passim contra *Soto l. 5. qu. 1. art. 7.* & alios censent posse nolentem cogi à republica, & mitti ad tyrannum, non intendendo occisionem innocentis ab eo patranda, sed suam liberationem. Quamvis injustè agat, tum tyrannus, tum ejus ministri, quibus in innocentem, etiam ad

capiendum ac tyranno tradendum, nullum jus competit, nec à republica tribuitur, aut à tyranno tribui potest. Objectiones & Solutiones vide apud citatos Auctores.

**D**ICO II. Per accidens & velut indirectè quibusdam casibus licitum est occidere innocentem: Sic nimirum ut mors illius non intendatur, sive tamquam finis, sive tamquam medium, sed alius immediatus & bonus effectus, qui sit prævalens aut æquivalens, quem proinde prosequi fas est, non obstante occisione seu morte annexa innocentis, v. g. licitum est dirigere tormentum in turrim hostilem, in qua innocentes sunt ligati, ad averteendam inde impugnationem. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia jus directè impetendi turrim non perditur ob periculum innocentium ibi per accidens & invito impetitore existentium; ad quorum proinde incommodum (quod non tenetur cum tanto suo præjudicio vitare) censetur se permissivè habere, solum adhibendo (quod potest) media ad victoriam necessaria. Confirmatur: quia alioquin posset hostis contra omnem impetum instar valli objicere innocentes, sicque eludere jus alterius, & se recedere insuperabilem.

21.  
Indirecta  
innocentium  
occisio qui  
licita.

Casus.

Allegantur passim à Doctoribus diversi alii casus affines. Ut quòd licitum sit defendere se contra invalorem injustum, et si præter voluntatem sequatur mors innocentis, quem invalore objicit instar clypei, quatenus retro eum latitans securus occidat, eò quòd per innocentis interpositionem non eripiatur jus se defendendi à natura concessum, ut proinde prædicta aggressionis repulsa veluti licita & necessaria, non reddatur per damnum innocentis, per accidens annexum nec intentum, illicita. Ita *Corduba, Petrus Navarra,* quos citat & sequitur *Lessius cap. 9. dub. 9. VViggers cap. 2. dub. 8.* citans etiam *Malderum.* Item *Rodriguez, Bonacina, Diana, Silvius,* ut refert & sequitur *Bassani V. Homicidium 1. num. 15.* & alii: Item quòd liceat fuga vite necessaria per angustam viam, etsi protensus sit innocens v. g. claudus vel insans (nisi certò perimendus decederet sine baptismo) ibi incautiùs jacens in angustis vite. Ita *VViggers sup.* refert *Corduba & Malderum,* qui idem dicit, si fugiens probabiliter speret, quòd transitu suo innocentem non occidet. Secus est juxta *VViggers sup.* quando innocens occidendus utilitate modo succedens per viam fugienti cedere nequit: quemadmodum nequit in naufragio eripi tabula ab alio jam occupata, ut se salvo.

22.

Variis  
casibus.

Petes, an pro conservatione vite pregnantis liceat præbere pharmacum, quo fetus intereat? Resp. cum communissima do-

23.

etorum

procurare abortum fetus animati.

Immo & inanimati Probat ex precepto, Non occides,

24. Accidant alie aucto-ritates Pa-trium & Concilio-rum.

torum sententia in primis id non licere, dum pharmacum directe tendit ad extinguendum fetum, seu procurandum abortum; idque siue fetus sit animatus (tunc enim est directa occisio innocenti, ut alius fervetur) siue, necdum animatus: nam & hunc extingui, secundario vetatur precepto: Non occides, juxta Tertullianum c. 9. Apologetici dicentem: Nobis homicidio semel interdico, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidium festinatio est, prohibere nasci. Quare sicut impediens luctum proximi peccat contra preceptum Non furaberis: sic & impediens ne homo conceptus nascatur, peccat contra preceptum Non occides.

Alia quoque Auctoritates gravissimae damnant procuracionem abortus, non distinguentes inter fetum animatum & inanimatum; ut videtur est apud Augustinum Serm. 244. de temp. quem de utroque se velle intelligi, etiam inde non parum colligitur, quod ibidem vel sola venena sterilitatis procurantes homicidii arguat. Hieronymus similiter Epist. ad Eustochium de Custodia Virginis. inter alia, virgines corruptas procurantes abortum (quod ordinariè fit ad vitandam infamiam) vocat filii necdum nati parricidas.

Videri etiam possunt varia Concilia, Ancyranum can. 20. Quin sextum, et si illegitimum, can. 91. Guarnacense, alias Wormaciense (ut citat Burchardus) relatum c. Si aliquis, de homicidio. Praeterea Sixtus V. Constit. 87. quae incipit: Effrenatam, contra procurantes abortum fetum, siue animati, siue non animati, statuit omnes poenas constitutas contra veros homicidas. Gregorius XIV. Constit. 8. Sedes Apostolica, reducit quidem Constitutionem Sixti V. ad terminos juris communis, quantum ad abortum fetum non animati; hunc ipsum tamen vocat gravissimum scelus & nefarium flagitium.

25. Denique probatur ratio.

Accedit & illa ratio, quod secundum omnes non licet procurare pollutionem, ob sanitatem aut vitae conservacionem, ergo neque abortum: cum hoc non minus, immo magis directe & propinquius adversetur naturae generationis quam alteri: sicut fetus, et si non dum animatus, vicinior est animae humanae, quam semina nondum coacta. Si tamen partus esset corruptus, tunc liceret directe materiam illam abigere pro matris sanitate; quia non habet amplius rationem fetus, sed malignae cujusdam massae.

Ad vitandam infamiam id licet, probabitur non est.

Unde toleranda non est alicujorum opinio, qui dixerunt, aut etiam probabile existimarunt, licitum esse procurare abortum ad vitandam infamiam, aut poenam mortis. Quam proinde damnatam fuisse in Congregatione S. Officii se audivisse refert Diana P. 6. Tract. 8. Resol. 37. Herinc Sum. Theol. Pars III.

Dices cum Sanchez (qui l. 9. de Matr. d. 20. n. 9. & 10. cum nonnullis docet licite matri periclitanti dari pharmacum tendens ad faciendum abortum fetus non animati) tali casu fetus est aggressor vitae matris, causans ei periculum, uti humores pravi invadunt naturam: ergo instar humoris exundantis poterit expelli; dum inde non sequitur incommodum majoris momenti. Confirmatur: quia fetus inanimatus est pars matris L. 1. §. 1. ff. de insturendo venire, pars autem potest abscindi pro conservacione totius. Resp. non magis invadere fetum, quam semen, cujus exundantis retentio morbum causat; hoc tamen non ideo potest directe pelli. Immo fetus animatus potiori ratione invadit, naturamque offendit; nec tamen directe expelli potest, ut proinde non cessatur subsistere aggressio (cujus periculo per actum generationis se mater exponit) quae destructione directa possit depelli, in qua etiam gravissimum non deest incommodum, ut ex praemissis patet. Accedit pharmacum expulsum fetus tantum plerumque sua generatione nocere periclitanti matri, quantum profit liberatio à fetu. Ad confirmationem. Resp. fetum etiam inanimatum non esse proprie partem matris. Neq. L. 1. citata id asserit, sed loquens aperte de fetu etiam animato ait, quod sit, quodam scilicet loquendi modo, portio matris vel viscerum ejus.

26. Fundamentum Sanchez con-sensu licere abortum fetus inanimati, ut gravida moritura sanetur.

Dissolvitur.

27. Indirecta Procuratio abortus an vel que licet.

Resp. II. Matri periclitanti in defectum alterius remedii licite datur medicamentum per se & directe tendens ad curacionem morbi, et si putetur abortus futurus, si fetus nondum sit animatus. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia mater habet jus adhibendi remedia necessaria & per se ordinata ad conservacionem vitae, quod non amittit per conceptionem prolis: neque etiam impeditur per charitatem, cum proles nondum sit animata, adeoque nec capax aeternae vitae vel mortis. Non est tamen licitum matri praebere aut signere simile pharmacum cum notabili periculo fetus, quando creditur animatus, & certo vel probabiliter existimatur vivus in lucem edendus. Ita quoque Doctores communiter. Ratio est: quia quisque ex charitate tenetur salutem animae proximi praeferrere propriae vitae corporali. Si tamen nulla sit spes prolis vivae edendae, etiam si mater à medicamento abstineat, & magna sit spes sanitatis matri reddendae si utatur medicamento, quod directe tendat ad conservacionem matris, tunc non apparet ratio, cur ipsa nequeat illo uti. Sanchez quidem supra n. 17. putat spem vitae prolis moraliter & quasi citra miraculum non esse, si antea mater moriatur vi morbi. Sed contrarium docet frequens factis experientia. Est enim vix supervivat diu, saepe tamen pro tantillo tempore, quantum necesse ad baptismum.

28. Quo tempore anime- tur fetus.

Quo vero tempore fetus animetur, discutunt & dissentiunt Medici (et notitia hujus

Fi

hujus rei etiam Cōfessariis utilis esse queat convenientes in hoc contra *Fenum* (qui falsò credidit id fieri tertio die à cōceptione) quòd id contingat tempore, quo fetus est formatus seu effigiatus; prout etiam clarè supponitur *Exodi 21.* juxta versionem *Septuaginta*, & docetur à *Tertulliano l. de anima c. 27.* dicente: *Ex eo fetus in utero homo, à quo forma completa est. Nam & Moysi lex tunc abortus reum talibus indicat, cum jam hominis est causa, cum jam illi vita & mortis status deputatur.* Hæc porro formatio perficitur in maribus die trigésimo, in feminis quadragesimo aut quadragesimo secundo, juxta *Hypocras.* Nimia differentia est dupli aut majoris tēporis, quam quidam statuit inter mares & feminas; prout nonnulli dies quadraginta pro maribus, octoginta pro feminis statuūt. Vide *Fromandum Philos. Christiana l. 1. c. 2. ar. 2. & l. 2. c. 6. ar. 16.*

QUÆSTIO IV.

*An & Qualiter Liceat Occidere Malefactores, Tyrannum, Vel Patri aut Marito deprehensos in Adulterio?*

29. Malefactores morte punire aut in private non licet.

**R**ESP. I. Certum esse apud omnes DD. non licere id privata auctoritate, defunctu potestatis divinitus non concessæ, nisi Principi seu Magistratui, ejusque Ministris, Unde qui sine aliqua publica administratione maleficum occiderit, velut homicida judicabitur: & tantò amplius, quantò potestati sibi à Deo non concessam usurpare non timuit, ut rectè *Wiggers Tract. 2. c. 2. dub. 3.* non rectè tamen referens ut verba *Augustini 1. de Civit. c. 16.* ubi nihil ad propositum. Alibi tamen *S. Doctor* id quoad substantiam tradit, & signanter *c. 17.* dicens: *Non licet privata potestate alicui hominem occidere vel nocentem.*

30. Licet publicè, dum id suadet de. licet qualiter.

**R**ESP. II. Publicè nihilominus auctoritate, quado delicti gravitas id exigit aut permittit, est indubiè licitum mutilare aut etià occidere malefactores; ut habet omnium etià Christianarum Nationū sensus & praxis, immo & Ecclesiæ, decernentis hæreticos supplicio extremo afficiendos. Ratio est: quia potestas meritam poenam, atque adeò etiam mortem infligendi; est superioribus hujus sæculi à Deo concessa. Unde ad *Rom. 13.* dicitur: *Si malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui male agit.* Quem locum putat *Poncius d. 52. q. 5.* non satis probare. Sed immeritò: gladium enim iudex portat non sine causa, utique non ad arcendas multas, sed ad terrendos & puniendos per illum, etiam usque ad internecionem, malefactores, ut rectè Interpretes, signanter *Sabouth & Estius.*

Probatur.

Locus ad Rom. 13. an rectè probet.

31.

Facilis calumniæ pateret vulgata proba-

tio, quòd pars sit propter totum, pro cuius proinde cōservatione potest ipsa resecari, uti excindi membrum putridum, ne cetera inficiat. Inter totum enim physicum (in quo forma hæc vel illam partem informat ob bonum totius, ut ipsum possit debite subsistere & operari) & morale seu politicum, quale respública, non est per omnia eodem modo discurrendum; cum sanè non liceat ob exigentiam totius politici amputare membrum innocens, seu directè occidere, innocetem; sicut tamen ampliari potest membrum physicum ob minas tyranni, juxta plures.

Solum hic notanda venit littera difficilis *Scoti 4. d. 15. q. 3.* ob quam ei absurda, ac veluti sine fidei minus conformis doctrina adscribitur à Nonnullis, signanter *Wiggers c. 2. dub. 2.* quasi doceat occidi non posse malefactores, nisi in veteri Lege expressos, seu (ut *Franciscus Bona Spez d. 19. dub. 2.* locum *Scoti* malè citans ex *dist. 3.* & pejus addens, ipsum nimis periculosè sequi *Walæses Hæreticos*) nisi casibus, in quibus Deus dispensare legitur. Sufficisset pectori Christiano legisse *Cavellum ibid. in Scholio* ut mens *Doctoris* sanè intelligeretur & explicaretur.

Itaque *Doctor* verbis *S. Augustini* (quem vide *1. de Civit. 21.* & pariter explica) asserit non posse occidi, nisi adit lex justa generalis (qualis est, quæ derivatur ex lege Dei, vel ei concordat, aut certè non discordat, uti etià verbis *S. Augustini* subdit) vel Dei specialis jussio. Unde quod ex *Augustino supra* subsequenter adjungit, requiri exceptionem Dei à lege prohibete homicidium, intellige non de exceptione per legem positivam, præsertim veterem (quam dudum cessasse, ac non obstare cessatione leges humanas de poena mortis justè statui posse, ibidem aperitissimè *Scotus* præmiserat) sed sive per hæc, vel specialem jussionem, sive per ingenitum lumen rectæ rationis, quo constat de obligatione, & interpretatione præcepti naturæ de non occidendo, adeoque de gravitate culpæ & demerito poenæ mortis. Quare dum *num. 6.* ait legem talionis contra homicidas esse confirmatam in *Evangelio Matth. 26.* *Omnes qui acceperint gladium gladium percipiant,* non vult, quòd Christus ibi legem ferat vel instituat, aut det facultatem occidendi homicidas contra præceptum *Non occides* (ut malè ipsum intellexit *Wiggers*) sed quòd ibi declarat, quid homicidæ rationabiliter mereantur, ut proinde justè talis lex per communitatem seu rempublicam posset institui; prout litteram *Scoti* insipienti est manifestum.

Supponens autem *Scotus* non ita constare de gravitate simplicis furti (quod inter mortalia est parvum) urget non constare etiam de aliqua exceptione per legem expressam, immo in veteri Lege (quæ tamen rigorosa erat) fures simplices non potuisse occidi. Non solus autem *Scotus*, sed & alii gravissimi *Doctores* apud *Cavellum supra*

32. Absurda opinio non rectè adscribitur.

Ejus mens explicatur.

33. Quid pro furtis, & aliis cum ipsis, ut occisio simpliciter statum.

Quæst. IV. Qualiter Occidere liceat Malefact. Tyrann. &c. 331

suprà censent pœnam mortis, solis gravio-  
ribus criminibus inferendam, esse supra de-  
meritum talis colpæ. Ut proinde Castro  
asserat oppositum nimis crudelæ, Sotus re-  
prehendat Baldum tamquam auctorem occi-  
sionis furum, apud Cavellum suprà. Quin  
& Novellâ 134. cap. 13. Justinianus sanxit:  
Pro furto nolumus omnino quodlibet mem-  
brum abscindi, aut mori, sed aliter eum casti-  
gari. Ratio autem, quam Glossa addit, quia  
suspendantur, risu, quam refutatione dig-  
nior est. Unde etiam Marchant To. 2. T. 2.  
bun. Tr. 6. Tit. 3. qu. 1. §. 2. dub. 1. fatetur id  
esse verum, spectata inæqualitate reorū,  
scilicet vitæ & bonorum fortunæ, adeoque  
per se. Si tamen considerentur aliqui fur-  
ta vergere in gravem perniciem reipubli-  
cæ, non negavit Sotus, quin puniri possent  
morte. Prout hodie suspensio necantur fu-  
res qualificati, aut famosi, præviâ in his cæ-  
sione virgarum pro prima vice, additoque  
stigmatæ pro secunda. Quamvis consuetu-  
dines locorum varient, quas practicè dam-  
nare durum apparet. Ad confirmationem  
præmissorum videri possunt, quæ habet  
Tulden. ad Cod. de Furis n. 11.

prehensum cum uxore adulterari; quam-  
vis utrumque jura cælaræo l. 20. & qua-  
mor seqq. ff. ad L. Juliam de adulteris & No-  
vellâ 117. c. 15. servatis certis conditionibus  
(quas vide apud Jurisconsultos in ff. cit. &  
Lessium c. 9. dub. 5. asserentem non fuisse  
permissum uxoricidium; quod tamen per  
legem Lögobardicam impunè licebat, quæ  
olim vigeat in Italia, & de qua consultus  
fuit Nicolaus I. Inter hæc 33. g. 2.) id fuit  
permissum.

Tyranni deli-  
ta occidere  
illicitum.

Fundatur in primis in communi sensu  
Theologorum, à quo in re tanta non fa-  
cilè recedendum; deinde leges hujusmodi  
solum serviunt ad impunitatem in foro ex-  
terno, ut inter Jurisperitos Zocæus in ff. ad  
Juliam de Adulteris 17. & alii fatentur,  
quatenus indulgent justæ indignationi, &  
commotiōi patris aut mariti. Quod si  
plus vellent, saltem eatenus non videntur  
per canones approbatæ, seu receptæ. Quod  
satis indicat de simili casu consultus Ni-  
colaus I. sup. ad quem respondit: Sancta Dei  
Ecclesia mundanis nunquam constringitur  
legibus: gladium non habet nisi spiritualem:  
non occidit, sed vivificat. Similiter Augu-  
stinus l. 2. de adulter. conjug. c. 15. (& refer-  
tur c. Si quid 33. quæst. 2.) ejusmodi occi-  
sionem asserit secundum legem Christi  
non licere.

Leges civi-  
les solum  
concedunt  
parenti vel  
marito im-  
punitatem.

Aut certe  
non sunt ab  
Ecclesia  
probata.

Easdem im-  
probat via  
Augustinus

Accedit, quod sub hoc prætextu multæ  
innocentium cædes possent impunè com-  
mitti; quodque per se loquendo sit locus  
puniendi secundum ordinem debitum juris  
(qui citra inevitabilem boni publici neces-  
sitate non est omittendus) esto per acci-  
dens interdum deficeret probatio: quod  
denique sine necessitate boni publici sic  
occidendi exponantur præsentissimo peri-  
culo æternæ damnationis.

37.  
Accedit rati-  
o.

Addi etiam posset, quod privato non  
liceat occidere malefactores. Sed posito,  
quod per leges non tantum impunitas,  
sed perfecta licentia & facultas daretur,  
responderi facile posset, id non privatâ fi-  
eri potestate, sed publicâ, cujus prædicti  
censeri possunt ministri: prout jure veteri  
in filios & servos delinquentes extendebat  
se ad necem utque patriæ & dominicæ po-  
testas. Prout etiam ad diffidatos v. g. Banni-  
tas occidendos, id exigente reipublicæ bo-  
no, data interdum est cuilibet privato po-  
testas; uti & militibus occidendi inimicos  
vel transfugas.

Ratio qua-  
rumdam  
examina-  
tur.

QUÆSTIO V.

An Liceat Occidere Injustum In-  
vasorem?

NEQUIDEM injustum invasorem vitæ  
ad necessariam defensionem posse occi-  
di, censuisse refertur Augustinus de Anco-  
næ apud Lessium c. 9. dub. 8. S. Augustinus  
quoque,

38.  
Negarunt  
pauci.

Lex Cas-  
tra illam  
vitat.

Qui excu-  
sari queat  
præviâ ho-  
stiana.

34.  
Tyrannus  
injurpatio-  
nem tituli an  
possit à pri-  
vato occidi.

35.  
An similiter  
tyrannus  
ratione so-  
liti regimi-  
nis.

36.  
Adulterum  
sua adu-  
teram in fla-

Dubitasse  
videri  
Nonnullis  
Augustinus.

quoque, ab humanis cædibus valde alienus, l. 1. de lib. arbit. c. 5. videtur hæsitasse, an aliqua in hoc culpa lateat ex occulta Dei lege, ut fatetur *Wiggers* c. 2. dub. 6. num. 29. Et consentit *Hæzer* To. 2. *Anatom.* ad d. locum, addens inter alias solutiones *Augustinum* censuisse id non licere ex lege, quam ibi impugnat permittendi scilicet minora peccata ad evitandum majora. *Lessius* autem c. 9. dub. 8. n. 51. dicit ipsum loqui de periculo excessus odii, iræ & debitæ moderationis. Quem inordinatum affectum ob *Augustino* damnari censet etiam *Hæzer* supra.

39.  
Opposita  
doctrina  
communissima  
probat ex  
Scriptura.

Sed opposita doctrina est communi Doctorum ac plebis sensu receptissima. Colligiturque in primis ex Scriptura *Exodi* 22. ubi dicitur non esse reum sanguinis, qui furem nocturnum occiderit, quia nimirum (ut docet *Augustinus* q. 84. in *Exodum*, & refertur c. *Si perfidens*, de *Homicidio*) discerni nequit, an tantum ad furandum, an etiam ad occidendum venerit.

Ex utroque  
jure.

Pater idem ex jure, tum civili, tum canonico. Nam *L. 3. ff. de Just. & Jure dicitur*: Nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur. Et *Alexander III.* c. 3. *Si vero, de Sentent. excomm.* dicit, quod vim vi repellere omnes leges, omniaque jura permittant. Quod repetit *Innocentius III.* c. *Significasti* 18. de homicidio; addens quod id debet fieri cum moderamine inculpata tutela.

40.  
Immo occi-  
dem nequi-  
dem incur-  
rit irregu-  
laritatem  
ex jure.

Depique juxta *Clem.* *Si furiosus*, de homicidio, nullam irregularitatem incurrit, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem. Quamvis (ut refert *Scholasticus* ad locum *Scoti* mox citandum) *D. Thomas* q. 64. art. 7. ad 3. *Scotus* 4. d. 25. q. 1. num. 10. *Glossa* in c. *Scut dignum* §. *Clericus* de *Homicidio* attento jure antiquo c. *De his clericis* 6. d. 50. lectis de irregularitate senserint. *Lessius* nihilominus c. 9. dub. 8. num. 52. verius credit, ne quidem jure antiquo subsistere irregularitatem. *Trentinum* quoque sess. 14. c. 7. de reform. indicans in casu homicidii ad defensionem sui patrati subesse irregularitatem, supponit non fuisse moderamen inculpatae tutelæ, uti & culpam in homicidio casuali. Vide *Declarationes & Remissiones* in d. locum.

41.  
Accedit ra-  
tio.

Accedit ratio naturalis aperte dictans in tali peristasi debere jus se defendentis esse potius, ut proinde se conservare queat, etsi cum destructione alterius, qui eum per vim destruere conatur. Quare prædicta habent locum, etsi Princeps vel Episcopus vel pater invaderet proprium subditum aut filium.

Insania in-  
vasoris non  
solis jura  
naturale  
defensionis.

Jure quoque naturalis defensionis non privatur quis ob alterius v. g. insaniam, ut proinde juxta receptam Doctorum sententiam invalorem injustum, à culpa ta-

men ratione furia aut ebrietatis excusatum repellere possit cum occisione illius, si necessaria sit, neque fugatibi queas confulere; ad quam utique fores obligatus, quæ tunc non est probrosa, quin potius ignominiosum est velle tunc contra hujusmodi reluctari.

Neque Scriptura alicubi reprobatur usum gladii ad necessariam defensionem, sed indubitatum ejus usum puta ad privatam vindictam, vel ex malevolentia. Omnes enim qui sic acceperint gladium, gladio peribunt eorum. (ut ait Christus *Matth.* 26.) nempe quia id fuerunt, & quia ordinariè ita accidit paratioribus ad gladii usum.

Non obstat etiam, quod debeamus propter mortem temporalem oppetere, quam proximum in æternam præcipitare. Nam ipsemet invasor se in illam præcipitat ex sua malitia, potens se periculo, si velit, subducere. Itaque in extremâ necessitate currit obligatio mortem pro salute proximi tolerandi. Deinde invasor non est securus seu certus de suo bono statu & salute: neque invasor certus id occidendus, ut post vulnus non queat poenitere.

Moderamen porro inculpatae tutelæ (quod *Innocentius III.* supra, & ipsa ratio postulat) consistit in ea moderatione, quæ necessaria est, ut vis injuriola propuleatur seu avertatur: majorem enim vim adhibere non licet, ex obligatione non tantum charitatis, sed etiam justitiæ, v. g. defistentem aut fugientem percutere vel lædere: quod enim ultra fit, non deservit ardentis injuriæ, utpote jam illatæ, nec per hoc tollendæ, sed eidem vindicandæ. Unde c. *Significasti* cit. dicitur fieri debere, non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam.

Hinc peti potest solutio vulgatæ questionis, an videlicet liceat in defensione sui intendere occisionem vel periculofam vulnerationem invasoris: si enim ea sit necessaria ad sui defensionem, intendi potest, cum conceito fine, concessa sint & intendi queant media necessaria. Alias notandum quod tunc non servaretur moderamen inculpatae tutelæ: ut proinde defensio faciendâ sit quam minimo possibile est aggressoris periculo & damno. Ad praxim verò quod attinet, defendens non debet multum ratiocinari, an hic vel ibi tangere liceat invasorem; ne talibus occupatus facile causâ cadat.

Porro ut aliquis dicatur invasor, non est necesse, ut actu gladio vel armis impetatur (quæ invadentem licitè repellit; etiam cum occisione, si necessaria sit, dubium esse nequit) sed satis est ut accedat cum armis, vel aliter ad me occidendam: tunc enim si aliter evadere nequam, possum prævenire, neque teneor expectare, donec ictum acceperim, & me forte defen-

42.  
Quis enim  
gladii usus  
in scriptura  
reprobatur.

43.  
Moderamen  
necessarium  
inculpatae  
tutelæ in  
quo consistit.

44.  
An in defensione  
sui intendere  
occisionem  
vel vulnerationem  
invasoris  
licet.

45.  
Quis enim  
facit in-  
vasorem.

An invasus  
teneatur si  
bi fugâ  
consulere.

defendere non poterit, ut tradunt Doctores communiter. Si absque periculo meo fugere possim, & occasione declinare, tenebor: nisi forte fuga foret multum dedecorosa v.g. viro militari & nobili (secus est de clericis, rusticis, viris togatis & similibus) quam talis non tenetur capessere, ut proinde possit jus suum loco manens (à quo cum notabili probro seu ignominia non tenetur ob alterius malitiam recedere) tueri viâ mære defensionis, juxta communem Doctorum sententiam.

46.  
An parans  
se ad invadendum  
consuetur  
inveridum  
invasor.

Immo si aggressor nondum accedat, tamen instructus est, aut se instruit ad invadendum, v.g. arcum tendat, sclopetum parat &c. possum eum prævenire, si alia via evadendi non suppetat, ut iidem Doctores tradunt, & Navarrus cap. 15. num. 3. ubi ponit exemplum (quod tamen magnâ consideratione ac prudentiâ indiget, ob abusum inde sequi natos, & spem mutandi in marito animi in melius) de marito, qui pugionem condidit sub cervicali, ut uxorem, quam tenet in cubiculo conclusam, interficiat, quem uxor id secretò sciens potest antevertere, si aliter nequeat subterfugere. Simile est, quod docet Corduba l. 1. q. 38. de eo, qui alteri paravit venenum, quòd scilicet possit illud in simili necessitate aliter inevitabili ab innocente converti in auctorem.

47.  
Varii casus  
non probandi,  
saltem  
in praxi.

Idem docet Banez & quidam alii Recentiores (teste Lessio c. 9. dub. 8) de occisione ejus, qui per famulum seu ficiarium statuit alterum occidere, adeoque per alium conatur invadere. Sed ob varias causas id nequit admitti, in praxi præsertim, tum ob pericula frequentiorum abusuum, tum quia vix fieri potest, ut non suppetat alia ratio evadendi, v.g. interponendo auctoritatem superioris; tum quia periculum sic facile augebitur, sicariis nihilominus animatis ad exequendum mandatum, & vindicandam mortem mandatis.

Multò minus probandum, quod quidam dixerunt de occisione quasi licita invidoris vitæ per calumnias apud judicem. Idemque est de testibus & judice. Hoc enim in republica bene ordinata nullatenus toleraretur. Et merito: cum sic aperiretur via lata injustis cædibus & assassinibus. Estque alia se defendendi via ordinaria, juris scilicet, pro tali, qui viâ juris impetitur. Planè cum secundum receptam sententiam occidi possit invalor etiam materialiter injustus, sub hoc prætextu non erit satis provisum iudicibus, testibus, auctoribus, patris causarum etiam bonâ fide procedentibus. Maxime si doctrina prædicta ad res quoque familiares & honorem extendatur.

Temerarium denique videtur in re tot abusus, falsisque suspitionibus obnoxia, tantum indulgere privatis seu plebi, ut liceat egregiè percutere veneficam per si

Hermes Sum. Theol. Pars III.

gna magica assidue nocentem, donec maleficium tollat, si absque novo maleficio credatur, tollere posse. Vide Wiggers c. 2. dub. 6.

Quod attinet ad defensionem honoris, qui præ bonis temporalibus æstimatur, probabile censet Wiggers sup. dub. 12. licere viris secularibus, qui ratione status vel nobilitatis solent & æstimantur excellere in armorum contestatione & fortitudine bellica, quibusque illa quodammodo sunt debita inesse, licere repellere aggressorem etiam cum illius occisione, qui ignominiosè illos invadit, v.g. pugnis vel baculo, si aliter ejus ictus avertere nequeant: neque eos obligari ad fugam, quamvis se possint per fugam ab ejus invasione eripere. Probat partim auctoritate cõmuni omnium penè Doctorum, tum Theologorum, tum Jurisperitorum, quæ in hujusmodi re morali magni est faciendæ: partim quia talis quemadmodum ignaviter permittendo se percuti, sic & fugiendo honorem & existimationem suam deperdere.

48.  
Honor ad  
cum inva-  
loris occisio-  
ne defendi  
possit.

Quòd autem id aliqui extendant ad injurias verbales, meritò non admittitur à reliquis Doctoribus, neque etiam admittetur in foro fori. Sufficere debet eas verbis, aut aliter, præsertim per judicem, posse repelli & tolli. Aliud quoque esset perniciosum nimis republicæ.

49.  
Varii id a-  
genâ modi  
rejiuntur.

Nullatenus quoque licet sub prætextu defendendi honoris repercutere percussorem facti poenitentem, & satisfactionem offerentem: ibi enim esset aperta vindicta. Similiter non licet aggredi ex intervallo percussorem jam quietè agentem, si fortè occurrat lælo.

Immo nec fugientem percussione factâ licet persequi, verberaque sufficientia ad reparationem honoris infligere (quidquid nonnulli dixerint) nam & ibi vera est vindicta, non defensio honoris. Videri potest Wiggers sup. ubi addit secus dici posse, si adhuc insultans & ignaviâ exprobrans subsistat: eò quòd de illo videatur idem, quod de eo, qui percutiendo nititur timiditatis & ignaviæ vitium impingere. Meritò nihilominus adjungit esse id valdè obnoxium periculo animi vindictæ, & vix umquam necessarium ad defensionem honoris: si enim nulli adsint, non minuitur ætimatio apud alios: si autem aliqui adsint, poterit verbalis invalor contumeliosus apud judicem accusari, & per huc ad reparationem honoris debite compelli. Quare simpliciter id videtur non probare infra num. 73. præciso saltem periculo superaddendi ab altero novos ictus ignominiosos. Immo satis raro, si umquam, occurrat casus, quo licitum sit occidere alterum præcisè ad defensionem honoris, utpote aliter, quam tali viâ cõservabilis aut recuperabilis, vel certè non sufficientis momenti ad eum tali viâ conservandû: ut non mittatur bonum

50.  
Non licet  
fugientem  
persequi &  
percutere.



bonum commune reipublicæ aliàs lædendum, quod tamen in determinandis limitibus licitæ defensionis non parum est considerandum.

51.  
Detrahere  
volentem  
an liceat  
occidere.

Accedit, quod simili ratione prætenditur licita occisio alterius, qui minatur famam detractione convellere. Unde hanc *Francisci Amici doctrinam, licere clericis, vel religioso calumniatorem gravia crimina de se vel sua Religione spargere inanis occidere, quando alius defendendi modus non superest, cancellari seu expungi iustum est per Censuram Romanam.* Hujusmodi enim doctrinæ prætextu via aperitur planissima occultis & injustis cædibus. Unde non est tutum licentiosas in hac materia doctrinas admittere, minus publicare hominibus plus justo ad pugnas & cædes propensis. Postetque merito per reipublicam interdici sub gravissimis poenis quarundam praxis, quidquid foret de speculativa ex ratione probabilitate: cui præjudicent alii liberiores censores.

52.  
Invasor pudicitie potest occidi, si ipsa aliàs non possit defendi.

Quantum ad pudicitie defensionem necessariam, ea juxta communem doctrinam (ut testatur & sequitur *Lessius c. 9. dub. 12. Wiggers c. 2. dub. 12.* etiam *Augustinus 1. de lib. arb. c. 5.* dubitative loqui videatur) licita est etiam cum occisione invaloris: eò quod pudicitia sit longè majus bonum, quam facultates externæ, inferius quidem vitæ, tamen quod ab animo casto non imprudenter vitæ præfertur, adeoque juxta modum præmissum defendi potest, si aliter salvari non possit: accedente præsentis peccati & consensus periculo, quod etiam violenta corruptio adfert, ut propterea mori potius, quam vel invitè violari castus animus merito desideret. Idiplum videntur. Ethnici quoque intellexisse: nam apud *Ciceronem Orat. pro Milone sub init.* laudatur adolescens interfector tribuni pudicitie illius vim inferre conati, qui & à Mario Imperatore exercitus abscutus fuit. Accedit, quod juxta *L. 1. §. 4. ff. ad L. Corneliam de Sicar.* dimitendus sit, qui inferentem per vim sibi suisque stuprum occidit.

53.  
Invasor nocturnus bonorum fortuna potest occidi.

Vitæ & diurnus, si unam personam invadat.

Aliàs non opinione quorundam.

Quod denique ad facultates externas attinet, communis quoque doctrina tradit eas, si sint notabilis momenti, posse defendi contra furem aut raptorem non tantum nocturnum (de quo habetur *Exod. 22.* & in *Lege XII. Tabularum*, ut patet ex *L. 4. ff. ad Legem Aquiliam*) sed & diurnum, si simul invadat personam, res suas defendere furemque propulsare satagentem (quod saltem exprimitur c. *Interfecti, de homicid.* & consonat *L. citata* agens de fure se telo defendente) si non, donec saltem quietè res possideat, si eas aliter recuperare quis non possit: ut proinde communi Doctorem sententiã liceat in tali casu quoque fugientem cum rebus tuis eminus sclopo petere. Quamvis postremum neget *Cervarius in Clem. Si Furiosus P. 3.*

§. un. n. & cujus Doctrina satis est charitati conformis, & laudabiliter practicatur, ut ait *Wiggers c. 2. dub. 10.*

Colligi solet ex jure Canonico, ubi simpliciter approbatur defensio talium rerum contra in valores c. *Olim, de restit. Spoliar.* ubi *Innocentius III.* approbat factum Episcopi & Capituli Tridonenfis (aliàs Terdonenfis) de possessione deturbantis Templarios Lombardiæ ex incontinenti, & vi repellentis. Et c. *Dilectus, de sent. excomm. in 6.* approbatur factum Decani Aurelianensis contra Ballivum bona violenter occupare præsumentem se defendentis, & in subsidium temporalis gladium spirituales censuræ, jungentis, his verbis: *Cum omnes leges omniaque, jura vim vi repellere, cum sit, sese defendere permittant, licuit utique ipsi Decano contra illum violentiam injuriamque se tueri &c.* Quibus locis de clericis (de quibus contra Nonnullos etiam intelligitur prædicta doctrina) est sermo.

Denique c. *Interfecti, de homicid.* etiam de nece expressus agit: *Si te tuas,* (intelligunt Doctores plerique cum *Felino* non copulativè, sed copulativè, seu alternativè, quasi alterutrum sufficiat, uti indubiè sufficit seorsim prius membrum; prout etiam colligi potest ex antecedentibus, & arg. c. *Verum, de iurjurando* ubi in verbis, *Pro vita & rebus suis*, intelligunt Doctores conjunctionem simili modo liberando, *hujusmodi diaboli membra interfecti . . . . . si aliquid sejunare volueris, bonum est tibi, & elemosynam fac largiter. q. d. consulto id feceris, et si à penitentia in rigore immunis. Ideoque in principio captis tunc demum penitentia injungitur, si interfecti furem aut latronem, ubi comprehensus poterat (adeoque res recuperari à fure, & perscrutabile ari à periculo contra latronem) absque occisione.*

Probatur ratione: quia ex certa omnium sententia licitum est reipublicæ sua bona temporalia defendere per bellum necessarium. Deinde bona temporalia sunt vitæ honestè ducendæ subsidiaria aut necessaria. Non est igitur æquum, neque id charitas postulat, ut earum jacturam quis patiatur propter conservandam vitam violenti aut iniqui latronis, si in necessitate (in qua tantum cura nobis esse de illo debet) sed in pessima voluntate constituti. Aliàs sanè nil foret rerum nostrarum contra iniquos tutum; ut proinde idem postulet ratio boni communis.

Nec obstat, quod c. *Suscipimus, de homicidio, Monachis* (quorum unus erat sacerdos) latrones etiam nocturnos occidentibus injungatur penitentia; adeoque non videatur huic saltem generi personarum, scilicet Clericis vel Monachis permittitur hujusmodi defensio. Nam potuissent hi sibi ablata salvare citra occisionem, si cum istis se subtraxissent, aut latrones aufugere permit-

54.  
Contraria non aliter colligitur ex c. Cum olim, de rest. Spol.

Ex c. Dilecto, de sent. excomm. in 6.

55.  
Item ex c. Interfecti, de homicid.

56.  
Accidit in.

57.  
Obicitur ex c. Suscipimus, de homicidio. At sumpta sunt.



mississent: adeoque non servarunt inculpatam tutelam moderamen; dum ita (ut canon ponderavit) exarserunt ob res viles.

58. Alie aucto-  
ritates ex-  
plicatur.

Non obstat etiam, quod *Exodi* 22. juxta mentem *Augustini* q. 84. in *Exodum* relati c. 3. de homicid. Et *L. 4. ff. ad L. Aquilam* & *L. 9. ff. ad L. Cornel. de Siciariis* inquitur, non aliter furem occidi posse, quam si etiam adsit periculum personae. Nam ista loca accipienda sunt de fure diurno, qui praesumatur more furum timidus rebus salvis fugari posse, quique cognoscatur, ut res ab eo possint recuperari. Ipla etenim *Lex Exodi* veluti judicialis maxime perficiat forum externum, in quo locus praesumptio- ni. Idemque est de aliis legibus. Alii quin si res recuperandi spes non superfit, non est cur defensionis locus esse nequeat.

59. Debent bo-  
na fortuna  
esse notabi-  
lia,

Dixi *Si sint notabilis momenti*: nam si leviores sint, est ad minus contra charitatem pro carum defensione sanguinem hominis ad imaginem Dei creati fundere. Unde *L. 52. §. 1. ff. ad L. Aquilam* culpabilis declaratur tabernarius, qui lucernam eripere volenti effudit oculum. Vide *Lessium* c. 9. *dub. 11.*

60. Defensio sui  
cum occisio-  
ne in valo-  
ris, an obli-  
get.

Petes I. An teneatur quis se defendere cum occisione invaloris? Resp. regulariter loquendo Neg. quinimmo erit plerumque opus magnae charitatis permittere se potius occidi, ut invaloris aeternaliter perituro locus certior detur poenitentiae. Nisi tamen & ipse invalor sit in malo statu, a quo hic & nunc vereatur, se non posse satis securae per contritionem liberari: aut nisi aliis, puta familiae, sit vita illius necessaria. Si tamen invalor sit amens, non videtur cur aequitas postulet, aut multum dicat, hujus vitam propriae esse praefendam: nisi quod ipse actus horrendus homicidii videatur non esse medium obligans ad sui conservationem.

61. An simili-  
ter licita sit  
defensio pro-  
ximi.

Petes II. An vitam seu bona proximi sui liceat similiter defendere? Resp. Aff. Est enim id cooperari proximo ad opus ei licitum. Quin immo erit actus heroicae charitatis. Proximus quoque habet jus, censeturque habere voluntatem se defendendi, etiam per alium. Unde c. *Dilecto, de Sacrent. excomm. in 6.* dicitur, quod liceat cuiuslibet suo vicino vel proximo pro repellenda ipsius injuria suum imperitari auxilium: immo si fieri potest, & negligit, videatur injuriantem foris, ac esse particeps ejus culpa. Non licet tamen praetextu defendendi honorem proximi repercutere illius honori alapa infusione deroganti: quia medium hoc non est conservando acrius honori idoneum seu opportunum.

QUESTIO VI.

Quae Restitutio Necessaria ratione Homicidii, vel Mutilationis?

IN primis pro damnis spiritualibus, puta meritis & satisfactionibus, a quibus occisus per mortem injuste acceleratam impeditur, juxta communioem Doctorum sententiam, ut citat & sequitur *Lessius* c. 9. *dub. 25.* *Wiggers* c. 3. *dub. 7. n. 19.* nil est restituendum; eo quod merita sint irrecuperabilia, nilque substitui possit eis respondens ad aequalitatem. Satisfactio autem poenitiae aut poenis, etsi reparabilis seu compensabilis sit per suffragia vivorum, incertum tamen est, damnum defuncti, cum aetate procedente debitum satisfaciendi potius augeri soleat: accedente eo, quod particularia ista, quae sunt futuri saeculi, sint occultiora, quam ut ex iis res humanae & civiles mensurari hic debeant. Patentur tamen saluberrimum esse consilium, & aequitati valde consonum, ut homicidae satisfactiones pro occiso adhiberi curent, & quae per modum poenitentiae etiam a confessariis injungantur. Quinimmo si satis constaret de damno revera orto quantum ad satisfactiones, probabilissimum est quod *Scoto* 4. d. 15. q. 3. & aliis tribuitur, esse obligationem strictae justitiae ad eas compensandas, a quibus nimirum per injuriam fuit impeditus ab occisore.

62. An pro da-  
nis spiri-  
tibus sit ali-  
quid resti-  
tuendum occi-  
so?

Secundo pro vita & membris seu integritate eorum juxta communem quasi Doctorum, etiam Jurisperitorum sententiam (quam tenet *Navarrus*, *Lessius*, *Lugo* & alii, passim obvii contra Nonnullos, inter quos referri solent *Soto*, *Sylvestre* & quidam alii) nil est ex rigore justitiae restituendum: Esto enim restitui ipsa deberent, si possibile foret, ratione juris, quod habet homo ad ea possidendum & fruendum, cessat tamen per se haec obligatio ratione impossibilitatis.

63. Pro vita &  
membris an  
aliquid res-  
tituendum.

Probatur: quia non debet compensari inaequalitas, quando est posita in re, quae ex natura sua nequit ab homine reddi in se aut praecise aequivalenti. Etsi enim darentur id centum millia, non redderetur vita ipsa aut membrum, nec aliquid toti aut parti aequivalens, maneretque occisus aut mutilatus in statu, in quo foret sine datione pecuniae, nisi quatenus ipse aut heres foret ditior; proflus autem non appareret, quod statuere ipsum in statu ditiori sit proportionata restitutio pro vita aut membro. Vita etiam omnium est aequalis, adeoque aequa deberet esse in se pro omnibus restitutio. Neque prudenter aequivalentia taxari potest. Neque est, cur non sit obligatio, aut facultas compensandi damnum vitae per bona honoris & famae procuranda, si-

Probatur  
ratione.



da, sicut contenderetur esse obligatio compen-  
sandi per pecuniam.

Confirma-  
tur.

Confirmatur: quia aliàs dampnificante ante hanc restitutionem naturaliter defuncto, tenerentur heredes illam facere pro vita aut membro; quod est contra communem sensum & stylium. Deinde dampnificas alterum in rebus fortunæ non satisfacit compensando aliquid alteri in honore seu fama, neque ad hoc obligat, si in eodem genere bonorum compensare non possit. Quemadmodum nec tenetur ex justitia compensare per orationes aut bona spiritalia, quæ utique pro temporalibus commutari nequeunt.

64.  
Favor pra-  
xis tribu-  
nalem.

Huc accedit, in tribunalibus numquam solere (quod cur non fieret, non subesset ratio, si in conscientia subesset obligatio) exigi aut adjudicari compensationem pro ipsa vita aut membro, velut ex se inestimabili respectu eorum, quæ in humanos contractus veniunt, sed solum pro damnis temporalibus, adjuncta pro arbitrio iudicis, aut legum seu statutorum municipalium dispositione, multatâ pecuniariâ ratione injuriæ in mutilatione præsertim aut vulneratione: in homicidio enim locum habet pœna mortis, nisi quod dum remissa sit per Principem, etiam solet taxari multa, ultra satisfactionem seu compositionem initam cum amicis occisi, sine qua non solet dari nostris moribus remissio seu veniæ codicillus: immo (ut addit Zypaus in *Analyti juris Pontif. Tit. de homicidio*, citans Edicta Principum Belgii) nec induciæ vel saluus conductus.

65.  
Denique  
faventi Le-  
gibus.

Est denique id conforme ipsi Legibus. Nam *L. fin. ff. de his qui effud. vel dejec.* dicitur: *Cum liberi hominis corpus ex eo, quod dejectum effusumve quid erit, laesum fuerit, iudex computat mercedem medicis presertim, ceteraq; impendia, quæ in curatione facta sunt; præterea operarum, quibus caruit aut cariturus est ob id, quod iniuriis factus est. Cicatricum autem aut deformitatis nulla fit æstimationem.* Idem habetur *L. 3. ff. Si quadrupes pauperiem &c. Inst. de obligat. quæ quasi ex delicto nasc. §. 1.* Consonat etiam lex vetus *Exodi 21.* Quod si nihilominus ex cicatrice seu deformitate sequatur damnum temporale, puta quod v. go idcirco potiri nequeat æqualibus nuptiis, locum habet compensatio damni.

66.  
Damna tempo-  
ralia  
compensan-  
da.

Quid ra-  
tione inju-  
ria agen-  
dum.

Pacificatio  
cum propin-  
quis occisi.

Solum itaque damna temporalia seu pecuniaria sunt restituenda ex justitia, et si charitas seu æquitas saltem dicat, dandam esse pecuniariam aliquam satisfactionem heredibus, si pauperes sint, nec aliter putentur incertam deposituri. Pro injuria autem in bonis corporis illata superest satisfactio danda per veniæ petitionem, aut simili ratione. Soletque juxta præmissa hic exigi in casu homicidii, antequam remissio seu abolutio obtineri possit, pacificatio cum

proximiofibus conlagguineis occisi, qui ad quid nec  
cessaria.  
boscum transigitur pro homicida remissam  
petente (quo mortuo cessat hæc actio) sæpe  
mediante multa conventionali & pecuniaria. Quæ quomodo faciendæ, quibus cedat, an obnoxia creditoribus, aut saltem expensis in medicos, vide apud *Christineum ad consuet. Mechl. Tit. 2. art. 32. 34. & seqq.*

Inter damna autem corporalia non sunt computandi sumptus funeris, utpote faciendi, etsi morte naturali obiisset, nisi forte circumstantia loci auxerit expensas, cætenus, seu quoad augmentum istud consequentem compensandas. Computandæ proinde veniunt expensæ factæ in medicos seu ad curationem vulneris. Item operæ amissæ seu lucrum cessans, quanti videlicet prudenter spes lucri valebat, si quæstum officio vel artificio faciebat, detractis expensis alioquin consumendis. Patet ex *L. cit.* Et ratio est: quia talis per injuriam est alteri efficax causa damni, & impedit eum à lucro: adeoque non minus tenetur restituere, quam qui auferendo instrumentum operarii impedit illum à lucro. Quod cessat, si occisus v. g. nobilis lucrum non faciebat: ut proinde tunc restent expensæ in medicos, si quæ factæ.

Æstimationem quoque laboris detrahendam censuit *Major 4. d. 15. q. 19.* apud *Lessium c. 9. dub. 19.* Sed oppositum tenent Doctores communiter. Et merito: nam aliàs plerumque tota quasi evanesceret compensatio lucri, utpote quod in plerisque operariis, qui multum laboris, parum industriæ adhibent, adæquate quasi responderet ipsi labori. Deinde impediens alterum injuste à lucro diurno tenetur idem refarcire, non destitit parte pro labore, quem ipse totum voluisset infumere ad habendum totum lucrum. Neque hujus detractionis ulla fit mentio in Legibus citatis. Si nihilominus operarius facultatibus non carens, laborem libenter redimi passus fuisset parte lucri, posset juxta *Wiggers Tr. 2. c. 2. dub. 2.* non improbabiler ea pars detrahi, quasi carentia lucri quæ parte compensatur carentiæ laboris, non censetur ei involuntaria. Id ipsum tamen difficultate aliqua non caret: cum tunc non videatur carentia lucri ita voluntaria, quando simul aufertur per actionem iniquam potentia laborandi & per laborem lucrandi.

Lucri porro cessantis & damnorum æstimatio optimè relinquitur iudicio prudentum arbitrorum, pensatis omnibus circumstantiis formando: alioquin si res ad forum deducta sit, relinquitur iusto arbitrio iudicis, qui etiam dampnificanti adjudicabit onus expensarum litis, quam interfectus debuit sustinere, ad quas utique tenetur ipse dampnificans.

Damna autem realia mortuo occidente, mutilante aut vulnerante, transeunt ad obligationem heredum, juxta vires hereditatis:

67.  
Pro Expen-  
sis funeris  
an aliquid  
restituendum.  
Compensanda expen-  
se in medicos.  
Item operæ amissæ.

68.  
An detra-  
henda lucri  
impendia  
dandi illi  
matri.

69.  
Qui facit  
damnum  
rum æsti-  
matio.

70.  
Damna  
realia

omni ad he-  
redes dam-  
nificantiæ.

Secus de  
Restitutio  
premissorū  
atam fa-  
cienda he-  
redibus  
damnifican-  
ti.

71.

Damna  
aliis ex  
morte occisi  
obveniant  
an resti-  
tuenda.

Quæ crediti-  
oribus.

ditatis: res enim transit cum suo onere, cui subjacere debet, qui commodum sentire desiderat. Ita communiter Doctores ex c. fin. de Sepulc. Et c. In literis, de Raptoribus. Immo ad hæc teneretur ipse filius, si succederet L. Non possunt. L. In summa 17. ff. de Jure fisci. Secus est de mulctis, quæ non transeunt ad heredes lite non contestatâ L. Ex Judiciorum 20. ff. de accusat. Restitutio quoque interesse seu damnorū realium, quorum obligatio jam erat contracta respectu læsi ante mortem illius, quæque directe ipsum concernunt, respicit heredes, etiam non necessarios: heres enim quæcumque succedat in jura defuncti, cuius personam representat, uti & in omni ejusdem.

Immo multi Doctores (teste Lessio c. 9. d. 26.) sentiunt compensari debere damna, quæ ex morte occisi patiuntur, non solum uxori & liberi, sed & alii, puta creditores, vel illi, quos occisus ex liberalitate aiebat. Ipse nihilominus Lessius sup. Malderus Tr. 3. c. 3. dub. 8. Wiggers c. 3. dub. 8. & alii passim consentiunt, creditoribus in primis regulariter nil esse specialiter compensandum: eò quòd illi non habeant jus in debitorem, nisi in quantum se extendunt bona præsentia vel verosimiliter futura: dum igitur homicida restituit heredibus, in quos obligatio defuncti transfertur, ea quæ ipse putabatur lucraturus, non facit injuriam creditoribus, qui possunt hæc ab heredibus petere. Neque videtur alia obligatio usui aut communi sensu hominum recepta, juxta Lessium supra.

72.

Familia.

Propinquis,  
pauperibus.

Parentibus,  
uxori, proli.

73.  
Indiciur,  
Auctor.

Idemque censent Doctores passim, & consonat communis apprehensio de familiaribus, qui aiebantur intuitu servitii, quod alteri poterunt impendere, à quo sustentationem mereantur, si heredes eos dimittant. Item de fratribus, cognatis vel pauperibus, quantum ad ea quæ ex liberalitate defuncti solebant percipere: sive quia occisus illis non est ut plurimum, sed merè per accidens damnosa: sive quia commoda illa non censentur ex voluntate defuncti diutius eis ex parte sua esse præstanda, quam donec ei vitâ naturaliter aut violentè defungatur contigerit. Secus censent iidem Doctores de parentibus, uxore & prolibus defuncti; quatenus eis occisus alimenta necessaria præstabat: tum ob spem propinquam, à qua tates ob injustam actionem dejiciuntur: tum quia censentur quodammodo una cum defuncto persona.

Quæ eatenus potissimum admittenda videntur, quòd ordinariè præsumatur homicida saltem confusè, & sufficienter ad contrahendam obligationem restitutionis, cognovisse, se fortè damnum inferre parentibus, uxori, & præsertim prolibus occisi; adeoque ordinariè his teneri ad damna eis oriunda, non ita aliis, quorum damnum veluti merè per accidens, & nec præ-

visum neque intentum, censetur esse fortuitum & casuum, ut quantum ad illos non censetur homicida commississe formalem & culpabilem injuriam. Alioquin si & horum damna prævideat, videtur non incredibile, etiam ipsum his obligari, quibus est injusta causa damni occasione injusta benefactoris, eos impediendo à bonis, sicut tenetur alteri, quem vi vel fraude, etiam circa collationem beneficij adhuc viventem adhibita, impedit à collatione beneficij illi faciendâ. Et sic fortasse dissentientes quodammodo sententiæ possent conciliari.

Excusat tamen à restitutione heredibus aut aliis faciendâ condonatio læsi; quantum ad ea, de quibus justè disponere poterat. Damnorum tamen condonatio, veluti distincta & separabilis à condonatione injuriæ, in dabo non satis censetur contineri in pace ab ipso cum lædente initâ, adeoque eorum compensatio peti poterit, nisi inter partes plenissima sit facta remissio, juxta Covarruvias, Julium Clarum, & alios communiter, ut refert & sequitur Christianus ad Consuet. Mechl. Tit. 2. art. 31. n. 11. addens n. 12. Præterea in transactione injuriarum, quando etiam transigitur de damnis & interesse, debere id nominatim exprimi.

Condonatio itaque plena ipsius læsi cessare facit, juxta Lessium c. 9. dub. 26. Wiggers sup. c. 3. dub. 8. & alios passim, actiones aliorum, veluti qui non læduntur injuriòse in bonis fortunæ, nisi quatenus principalis læditur contra suam voluntatem; qui si jus suum condonet, non remanet aliis titulus justitiæ petendi compensationem ab homicida. Videtur tamen opus distinctione, quam adhibet Lugo Disp. 11. sect. 3. nam si condonatio fiat post lethalem vulnerationem, non videtur obligatio jam eo ipso immediatè contracta respectu aliorum, qui quantum ad spem iniquè damnificati forent, posse per læsum remitti: sicut collator beneficij, ipso jam alteri collato, adeoque extra potestatem factò, nequit condonare mihi obligationem compensandi tertio, quem vi vel fraude ab ejus consecutione impedivi. Secus est de condonatione antecedente, qualis tacitè fieri censetur, juxta Lessium & alios passim per hoc, quòd occisus alterum provocet ad duellum seu pugnam, cui eo ipso tribuit potestatem contra se agendi usque ad necem.

Non excusat tamen à restitutione interesse seu damnorum per se & in rigore loquendo poena talionis: quæ nimirum in vindictam sceleris & terrorem aliorum, non in damnorum compensationem à jure infligitur. Quemadmodum non cessat per suspendium furis obligatio restituendi damna seu res furto ablatas. Quamvis valde probabile censet Lessius, Wiggers & alii, heredes homicidæ sic puniti non teneri, nisi heredes injurè occisi exigant, qui, si hone-

74.

Condonatio  
injuriæ seu  
pacificatio  
an contin-  
neat condona-  
tionem  
damnorum.

75.

Condonatio  
plena læsi  
quid opere-  
tur.

76.

An excuset  
poena talio-  
nis.

honestiores sint, exigere tunc compensationem non solent, sic ut ordinarie sumpto de homicida supplicio alii condescant. Certum saltem esse censet *Lessius dub. 22.* referens *Scorum 4. d. 15. q. 3.* heredibus occisi nihil tali casu deberi pro vita illius, estq; alioquin compensanda foret: quasi per poenam taliorum; damnum vitæ censetur abinde compensari. Quod etiam docent, qui pro damno vitæ alioquin restitutionem exigunt.

77. *Quis censendum, si vulneratus moriatur, vulnere non existente lethali.*

Uterius hic observandum in primis si mors sit secuta non ex vulnere, sed ex negligentia læsi vel medici, non esse obligationem restituendi in qualitate homicidæ sed vulnerantis; cum mors subsequens censetur hic vulneranti fortuita. Nisi ratione loci & temporis, ob defectum medicorum censetur vulnus lethale, ex quo proinde non obstante diligentia læsi hic & nunc sequatur mors.

78. *Ad quid tenetur occidens alterum nihilominus eum moriturum.*

Observandum II. juxta *Lessium, Wiggers* & alios passim, quod si eundem quis naturali vel aliâ justâ mortē certè erat medio tollendus, injustè præveniens non tenetur ad restitutionem; uti non tenetur incendens segetes alterius, nihilominus certè per diluvium aut alio modo naturali mox perituras. Si tamen erat injustè interficiendus ab altero, indubiè præveniens etiam in se præoccuparet obligationem restituendi.

79. *Ad quid tenetur in vasum si occidendo excedat modum, tamen inculpata tutela.*

Observandum III. Invasum, si occidat in vasum non servando moderamen inculpatae tutelæ, usque ad gravem injustitiæ culpam, teneri ad restitutionem, ratione injuriæ & damni per illum illati. Quamvis dum excessus, etsi mortalis, non tamen omnino atrox fuit, æquitati naturali consonet, ut sicut occisus prius invadendo quodammodo sibi causam necis & incommodorum dedit, sic & partem eorum ferat juxta prudentis arbitrium: quantumvis alioquin restitutio non tam gravitati peccati, dummodo saltem mortalis, quam damni proportionetur.

QUÆSTIO VII.

*De Injuriis in corpus Proximi per Stuprum & Adulterium, Ac Necessaria Restitutio.*

80. *Stuprum quid, & quosuplex. Quid virgo hic*

Pro præna questionis parte supponendum, per stuprum intelligi deflorationem virginis. Quo nomine hic intelligitur illa, quæ non cognovit virum. Aliud est voluntarium, aliud violentum. Quod postremum magis propriè seu strictè stuprum dicitur. Hoc supposito.

81. *Stuprator citra vim aut fraudè*

Dicendum in primis, quod si virgo libere consenserit, uti per deflorationem non fit virgini consentienti injuria, sic nec deflorator seclusis promissis (quibus alioquin

veluti justis & rationabilibus standum est) ad quid tenetur.

ei ad aliquid teneatur. Neque etiam fit injuria parentibus: cum hæc non habeant verum jus in corpus puellæ seu in ejus integritatem virginalem, sed hoc fit penes ipsam ipsam. Mæror autem parentum, aut dedecus familiæ per accidens sequitur ex evulgatione facti (quod potest manere occultum) & pariter sequi potest ex fornicatione cum corrupta. Quæ nihilominus incommoda debet sanè ex justitiis, non ita contentiunt Doctores) primo loco cavere ipsamet deflorata. Confirmatur: quia post factum potest virgo condonare obligationem compensandi damnum etiam stupri violenti vel dolosi: ergo similiter per liberum consensum in copulam potest obligationem compensandi damnum prævenire.

82. *Si vis vel fraudem, cedat, tenetur ad restitutionem. Ad quid tenetur in foro conscientie.*

Deinde si absque promissione matrimonii fiat virginis defloratio per vim vel fraudem, in foro externo Ecclesiæ compellitur deflorator eam ducere & dotare; prout conformiter ad legem veterem *Exodi c. 1. & 2. de adult. & stupro* statuitur. Quod tamen jus veluti poenale ultra territorios obligationis juris naturæ non constringit conscientiam ante sententiam judicis. Sistendo itaque in jure naturæ & fori conscientie sufficit reparare damna puellæ inde consequentia (quæ indubiè cadunt sub obligationem restituendi, veluti per injustum stuprum causata) quatenus scilicet impeditur à nuptiis æquè commodis, aut ab alio statu v.g. Religioso, ut addit *Poncius disp. 52. n. 40.* Pro ipsa autem pudicitia non est digna auri ponderatio. Quamvis varii gravissimi Doctores, uti de vita, sic & de pudicitia censent esse locum pecuniariæ compensationi. Juxta quorum sententiam possit pecunia in pactum deducta retineri. Quod etiam de pacto deflorationi prævio facile alii admittunt. Prout usura corporis solet non raro pro pecunia concedi.

83. *Non sufficit per se, per compensationem pro matrimonio.*

Damnum itaque temporale æquè commodi matrimonii potest compensari per matrimonium cum deflorante. Non tamen semper (etsi quidam generaliter loqui videantur) cum interdum potuerit puella ad ipsi magis digniores nuptias fierique insuper possit, ut stuprare citò moriente, ipsa adhuc juvenis impediatur propterea à secundis nuptiis æquè commodis, quibus alioquin potita fuisset. Quod tamen potest largiori dote, testamento, similive modo compensari. Non etiam tenetur deflorata matrimonium cum adeo iniquo stupratore admittere, potestque ideo aliam compensationem exigere.

84. *Quod deflorata non tenetur admittere.*

Alia itaque compensatio pro damnis subsequentibus restat pecuniaria, quæ defectum pudicitie suppleat.

84. *Si damnum non sequitur, cur cessat obligatio.*

Notandum tamen si virgo post deflorationem æquè commodis nuptiis sit potita, ita ut nil detrimenti acceperit, stupratorem ad nihil teneri. Ita *Navarrus c. 16. n.*

compensan- di, nisi peri- culum furo- ris in pa- ctum deduc- tum.

85. Deflorator sub promissio- ne matrimo- nii, ad hoc tenetur.

86. Variæ ex- ceptiones discutiun- tur.

17. & 19. Patet quia etsi periculum damni sit pretio æstimabile, si tamen ante pactum initum cessaverit periculum, nemo tenetur periculum compensare, in quo alterum constituit. Eo tamen non obstante potest aliqua compensatio deduci in pactum, priusquam se quis periculo exponat, aut dum adhuc perseverat, ad quod postea tenebitur pacifcens, etsi nullum detrimentum sequatur, quia videlicet alter periculum in se suscipit.

Si denique sub promissione matrimonii quis impetrarit ulum corporis virginis, tenetur eam ducere. Ita Doctores communiter. Et patet: quia promissio hæc facta est ad modum contractus, quem virgo ex sua parte implevit; adeoque debet etiam compleri ex parte promittentis.

Excipiunt Doctores nonnullos casus. Primò, si ex circumstantiis v.g. verbis ambiguis, inconstantibus, nimis exaggeratis, facile deprehendi poterat, defloratorem non sincerè agere; quasi tunc censeatur puella non tam decepta, quam deceptionem fingere, ut ait *D. Thomas 4. d. 28. art. 2.* Nihilominus si revera decepta sit, nec fictionem adverterit, censent Varii defloratorem nunquam mendacem circumventorem teneri ad damna, quorum per injuriam est causa. Secundò, si deflorator sit longè ditior & nobilior. Ita plures Doctores cum *Lessio* simpliciter docent. Sed in primis si deflorata id ignoraverit, tenetur alter eam (quæ pacta est corpus pro corpore, & pactum ex sua parte implevit) ducere, secundùm *Petrum Navarra*, nihil faciente hac inæqualitate, seu disparitate qualitatum extrinsecarum. Immo nisi aliunde constet de fictione, putat absolute *Pancius d. 52. n. 41.* disparitatem hanc non sufficere: cum eâ non obstante, possit nobilior verè & validè promittere, ut alii sæpissimè faciunt. Quare & sponsalia absoluta inter sic dispares valida sunt. Tertio, si aliquod impedimentum dirimens super- venerit, aut grave damnum seu scandalum ex tali matrimonio timeatur: tunc enim sufficit damnum rescire. Quarto, si deflorata postmodum fornicetur cum alio, extinguitur simpliciter obligatio promissionis ex parte alterius id scientis, sic ut (nisi aliter conventum sit) hic ad nil teneatur; quemadmodum etiam in sponsalitia promissione hujusmodi conditio tacite involvitur. Quintò, si quæ putabatur virgo (aliud est, si sciebatur non esse) deprehendatur corrupta: prout similis causa sufficit ad dissolvenda sponsalia. Immo, juxta *Sanchez l. 1. de matrim. c. 10. n. 11.* nec tenetur alter tali casu ad aliam compensationem, veluti qui non nisi ex promissione matrimonii (quæ cessat) obligatur. Quod tamen ex *Maldero* negat *Wiggers c. 4. dnb. 2.* si non fuerit deceptus ex verbis puellæ.

87. Si ficta sit promissio, adhuc eâ tenetur

deflorator, juxta Doctores passim. Et quidem in foro externo facile præsumeretur contra promittentem. Alioquin, si ad contractum requiratur internus consensus, non tantùm debitus, sed verus, apparet in fictione hac subesse quidè gravem injuriam, adeoque obligationem sublata fraude restitutiendi modo sufficienti dampnum consequens, seu quanti interest, contractum à decepta non fore impletum, non tamen videtur esse in foro conscientie obligatio standi promissioni quâ tali, utpote defectu consensus invalidæ.

Petes, quid faciendum defloranti virginem sub promissione matrimonii post emissum votum Religionis? Idem est de voto castitatis. Resp. Si virgo fuerit ignara (si fuerit conscia, constat ob malam utrimque fidem urgere obligationem voti) *Azorius, Lessius, Wiggers, Bonacina* & alii plerique Doctores censent debere ipsam duci in uxorem, ratione obligationis justitiæ erga puellam, quæ contractum ex sua parte implevit, nec aliam tenetur compensationem admittere, utpote non obligata subire infamiam deflorationis factæ extra statum matrimonii. Votum autem non obligat cum notabili damno proximi in materia justitiæ. Quemadmodum qui post votum erogandi omnia in pauperes, incendisset alterius domum, tenetur executioni voti præferre reparationem damni ex justitiâ strictius obligantem. Ut proinde, etsi consultum, non necessarium sit defloratori petere dispensationem in voto Religionis (votum castitatis obligaret in quantum compatibile cum debito matrimonii, citra dispensationem) veluti per se extincto, seu potius sopito.

Nihilominus hæc doctrina non aliter est vera, quàm quatenus damnum puellæ illatum non est aliter reparabile. Alioquin eo secluso (quod non semper subest) placet doctrina *Navarri, Rodriguez*, quos citat & sequitur *Dicas. de matrim. disp. 1. dnb. 32. n. 446.* & alii, manere per se loquendo obligationem voti. Promissio enim matrimonii subsequens est invalida. Damnum quoque potest abesse, si videlicet defloratio maneat occulta, puellæque æquè commodis nuptiis vel statu potita sit, aut potiri queat. Ad quas melius obtinendas etiam potest constitui dos pinguior. Si ipsamet indebitè rem publicavit, seque infamavit, imputet infamiam sibi. Compensatio ad summum dotis tunc est penes defloratorem. Si hujus culpâ, seu citra puellæ culpam res sit facta publica, tenetur honorè ejusdem consulere per matrimonium, cum aliter non sit damnum hoc reparabile.

Ad secundam quæstionis partem quod attinet: in primis pro injuria præcisè conjugii illatâ debetur solum satisfactio per veniæ petitionem, & alia signa doloris: quia pro injuria ab omni damno separata nihil debe-

Quid si deflorator promissionem interius finxerit.

88. Quis si deflorator fuerit obstrictus voto Religionis.

Ad hoc teneri ad matrimonium plerique docent.

89. Opinio Anthonii.

90. Pro injuria per adulterium commissa qualis debeat satisfactio.

debetur, nisi satisfactio. Hæc autem cum consistat in placatione animi exacerbati, non obligat, ubi ignoratur injuria. Quando autem illa injuria cognoscitur, obligat hæc satisfactio in conscientia, etiam ante sententiam, juxta Doctores communiter, si existimetur fore grata & acceptanda: qui enim verbo vel facto injuriosè alterum læsit, tenetur competenter læsionem reparare.

91.  
An pecuniaria.

Ex hac conclusione sequitur adulterum non teneri dare pecuniam pro injuria illata, quamquam maritus illum exigeret: tum quia injuria illa non est pecuniæ æstimabilis: tum quia jura prohibent conventionem pro injuria adulterii *L. Transigere 18. C. de Transactionibus, & L. Miles 11. ff. ad Legem Juliam, de adulteriis*. Quod idcirco prohibuitur, ne maritus videatur suæ uxoris lenocinium facere. Hæc tamen leges maxime spectant ad iudices, ne videlicet concedatur actio in foro externo ob præsumptionem lenocinii; adeoque si maritus sine scandalo convenisset cum adultero, & pecuniam recepisset, non teneretur ad restitutionem.

92.  
Partu secundo quoque sit obligatio.

Secundo, partu secundo tenetur adulter ex justitia restituere ea, quæ in alimentum prolis expensa sunt post annum tertium. Nam juxta *c. 2. de conversione Infidel.* mater tenetur alere prolem usque ad annum tertium inclusivè, & pater deinceps usque ad illud tempus, quo proles possit sibimet alimenta conquirere.

Debet moraliter constare, quod sit adulterium.

Debet moraliter esse certum (sufficiens certitudo frequentissimè deest) quod proles sit adulterina, sic nimirum ut indicia id existimandi excludant oppositi probabilitatem: in dubio enim stat præsumptio possessioque pro matrimonio, quod scilicet eo stante censeatur proles esse mariti, adeoque legitima: adeo ut juxta *L. Filium 6. ff. de his qui sui vel alieni juris sunt* decernatur, non esse ferendum, quod maritus nolit agnoscere partum uxoris, cum qua assidue verlatu fuit, seu supposita præsentia & potentia. Neque tenetur quis aliquid solvere, aut re quam possidet spoliare, nisi

Quid si de duobus duobus duobus sit.

constet de debito. Quod si de duobus adulteris dubitetur (idem est de calu prolis fornicariæ) cujus proles sit, cum sit certum esse alterutrius, dividenda, juxta acceptam Doctorum sententiam *Vasquez, Molina & aliorum*, est obligatio, utpotè certa, nec potius uni, quam alteri est adscribenda: uti & si, cum duo sunt vulnerantes, dubitetur, ex cujus vulneratione læsus obierit, singuli obligantur pro rata, & in solidum, deficiente alterutro: nisi forte aut aliâ conventionem dubium dirimatur. *Lugo* nihilominus *d. 13, sect. 2. dub. incident.* fusè hanc rem tractans aliter discurrit: quem vide. *Poncius* quoque *d. 52. q. 7. concl. 5.* statuta communis sententia dubitare videtur, an si mulier possit congruenter sustentare de suo non

tenetur ad totum, in pœnam dubii per ipsam injustè dati.

Tertio, tenetur adulter compensare damnum, quod legitimis provenit ex suppositione illegitimi, sive suppositionem suaserit (quando est res certa, ratione manifestæ coopérationis injustæ ad illam) sive illam non suaserit, ut contra *Soto, Henríquez & alios*, quos citat & sequitur *Diana* *Esti suppositionem si suaserit adultera*, *p. 2. Tr. 3. Miscell. Resol. 55.* communis tradit sententia, à qua ad favendum, in re adeo nefaria adultero cum gravamine solius adulteræ non est facile recedendum.

Ratio communiter allegatur, quod adulter eo ipso, quod prolem excipit, moraliter ipsam marito supponat; cujus censeatur proles esse hoc ipso, quod stante matrimonio gignitur: ut proinde dum supponitur in utero adulteræ, veluti in causa supponi incipiat in familia mariti, perinde ac si in ea proli, insciis parentibus ablata, substitueretur aliena. Quæ tamen ratio non videtur universaliter efficax *Lugo d. 13, sect. 13.* cum in casu, quo adultera facile posset prolem extra domum alere citra periculum damnorum consequentium suppositionem, hanc ipsam potius censeatur facere adultera suâ libertate, quam constituta necessitate per actum adulterii. Quo casu proinde *Vasquez de Restitut. c. 5. §. 11. in fine* censeat locum esse opinioni contrariæ. Contra quàm idcirco *Lugo sup. n. 14.* generalius argui censeat ex eo, quod adulter censeatur proximè cooperari ad damnâ, sicut mater; utpote quatenus uterque permittit prolem manere in domo putativi patris, & reputari tamquam legitimam, quam tamen ipse adulter alere tenetur.

Quarto, si partum adulterinum supposuerit adultera, tenetur omni modo moraliter possibili adlaborare, ne legitimis inde damnum generetur, utpote cujus per injuriam ipsa esset causa. Unde deberet de bonis paraphernis, id est, præterdotalibus, si quæ habeat, legitimis specialiter benefacere, uti & de aliunde acquisitis per industriam vel laborem, si possit, vel suocere notio religionis (ad quam capax fuerit) ingressum.

Alioquin rarissimè tenetur, jam præviis iniquis actionibus, crimen suum patefacere. Nam in primis frequentissimè subest periculum gravioris mali, puta vitæ propriæ, aut perpetuæ persecutionis ac implacabilis inimicitia; vel gravissimæ infamiae; quod excusat arg. *c. Offici 9. de Pœnit. & remiss.* Et de periculo vitæ omnes admittunt, veluti quæ non debet exponi, ut res pecuniaria restituatur. Idemque de periculo famæ, veluti non comparabilis cum divitiis, merique docent. Quod saltem admittendum, quando fama, quæ periclitatur est talis, comparatione hereditatis, ut hujusmodi censeatur meritò non posse detegere veritatem absque notabili

respectivè incommodo in bono, altioris ordinis. Secus Doctores censent, quando adultera non est honesta conditionis aut famæ; cuius proinde infamia censeretur non causare ei notabile incommodum. Idem Varii censent, si revelatione (quæ secreta esset, & maneret) faciendâ marito, aut proli spuria putaretur omnino impediendum malum, absque periculis aliorum maiorum. Sed idem notant esse rarissimum, ut pericula hæc absint: & quamvis ipsa abessent, ut saltem sit spes orta damni avertendi; eò quod filius iuxta Doctores passim non teneatur credere matri (quæ ut antea in libidine, sic nunc in odio potest excedere) eam juranti, et in articulo mortis, ipsum esse spurium; proinde nec Iudex ejus assertioni, aliis apertis probationibus ex absentia aut infirmitate mariti desumptis desituta, deferret arg. L. 6. ff. De his qui sui vel alieni juris sunt. Alleganti quoque suam turpitudinem non debetur fides, ut habet vulgatum Jurisperitorum actioma; quando scilicet id cede-

ret in præjudicium tertii. Et quamvis filius in corde crediturus speraretur, non propterea constaret ipsam cesurum hereditate, ac non potius litibus seu controversiis turbaturum familiam.

Pro sine adverte, quod si proles adultera exponatur (quod quidem gravissimè & meritò jura vetant, atque iudices puniunt; esto juxta Bassam V. Adveritium n. 9. referentem Casetanum, Quarrum, Talam, Lessium, Bodacina & alios, incommoda gravissima & alias inevitabilia in foro conscientie id licitum faciant, adhibitâ cautela pro vita & salute prolis) teneri parentes, si divites sint, restituere hospitali expensas alimentacionis. Ad quod primo loco tenetur pater (cujus tamen defectus implendus per matrem) veluti ad quem de jure spectat alimentatio prolis, demptis alimentis factis, quando hæc mater commodè præstare potest, prout in casu non potest. Ita Doctores citati, & alii communiter, ut citat & sequitur Bassam supra.

96. Exponere prolem an vel quando liceat.

Exponentes ad quid teneantur ipsi hospitali.

DISPUTATIO SEPTIMA.

De Injuriis in Fama & Honore, ac Necessaria Restitutione.

QUESTIO I.

De Iudicio Temerario.

fa lædi potest. Primò per actum merè internum, qui consistit in iudicio temerario, quo existimatio alterius læditur in nobis ipsis, Secundò per actum externum, scilicet per detractionem; quæ læditur in aliis. De priori modo hæc questione nobis agendum.

judicium sine per temerario in detractionem.

Judicium porro temerarium censetur, quo absque sufficienti fundamento aliquod malum, seu boni defectum, de proximo judicamus. Quod quidem si firmum & omnino deliberatum sit, est peccatum mortale ex genere suo, quando scilicet est circa grave malum proximi, spectando præsentem ordinem bonorum, famæ nimirum; idque ex doctrina omnium Theologorum.

3. Iudicium temerari in quid.

Est ex genere mortale peccatum.

Quæ colligitur communiter ex Scriptura vetante hujusmodi iudicium privatum condemnatorium, Matth. 7. Nolite judicare, ut non judicemini. Simile quid reperitur Luca 6. Et ad Rom. 2. & 14. reprehenditur judicans proximum suum. Quod etiam fit Jacobi 4. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Ibidemque præmissum fuerat: Qui detrahit fratri, scilicet verbis, aut qui iudicat, temerariè scilicet, fratrem suum, detrahit legi & iudicat legem, ista scilicet prohibentem. Lex verò prohibens iudicium temerarium videtur (ut rectè etiam advertit Lugo d. 14. s. 2. n. 11.) esse illa decalogi: Non loqueris contra proximum tuum falsum.

4. Probatur ex Scriptura.

Quo decalogi præcepto inhibetur.

An spurium teneatur credere matri ejus defictum affirmanti.

1. Quid fama, quæ est ejus radii.



NOTANDUM famam bonam esse opinionem multorum de alicujus excellentia. Quæ præcipuè oritur ex sapientia & virtute, seu sanctitate, ac functionibus inde procedentibus. Secundariò autem ex ingenio, eloquentia, nobilitate, robore, opibus &c. quæ homines æstimant, ac de iis famam seu opinionem aliorum quaerunt. Quæ opinio dum exit in opus externum, præsertim per verba, dicitur laus; sicuti contraria dicitur vituperium. Honor autem est testimonium excellentiæ alterius; qui proinde supponit bonam existimationem, quam honorans de honorato habet; alioquin enim esset illusio. Non prærequirit tamen existimationem multorum de excellentia honorati, sicut requirit fama; sed potest vel ab unius bona opinione procedere. Estque etiam internè magis in ipso honorante, quam in honorato, cujus excellentiæ, ac existimationis de eadem, ab altero testimonium datur.

Quid laus & honor.

Sui honor supponat famam.

2. Fama læditur, sive per internum

Prius itaque videndum, quomodo lædatur fama, seu bona existimatio honorati præsupposita. Et quidem dupliciter ipse Herincx Sum. Theol. Pars III.

*sum testimonium.* Nam ibi praesertim prohibetur falsum testimonium publicum, dein privatum; accessit etiam ad eum quoque iudicium temerarium, quo in corde falsum veluti loquimur de proximo, dum crimen, de quo non satis constat, ei impingimus, tamquam si de eo constaret.

Unde sumitur ratio naturalis communis doctrinae: nam id agere aperte repugnat rationi, immo iustitiae: cum proximus habeat jus, ne absque sufficientibus indicibus sinistram de eo estimationem formemus; quod proinde jus contrafaciendo violatur, non sine gravi culpa, ubi est gravis temeritas, gravisque materia.

Potest nihilominus fieri, ut peccatum non sit grave. Nam juxta *Wiggers Tr. 6. c. 1. dub. 3.* & alios communiter, quam diu homo non advertit se male iudicare aut sentire de proximo, non est peccatum formale; cum autem id coeperit advertere, saltem semiplene, est peccatum veniale: ante plenam vero advertentiam numquam est mortale; ut patet ex regulis communibus traditis in Tractatu de peccatis in communi. Ex quo plurimi, praesertim timorati, frequenter excusantur a gravi culpa in simili materia, dum praesertim abest malevolentia in corde erga proximum.

Secundo, excusat levitas materiae pariformiter, ut in casu detractionis, quando nempe versatur iudicium circa rem levis momenti, vel quam proximus leviter curat.

Tertio, nullum est peccatum, si firmitas iudicii sit proportionata exigentiae motivorum: tunc enim non est temerarium, sed prudens iudicium, adeoque non malum. Quo modo recte iudicamus mala, quae coram videmus fieri, nec ullam excusationis umbram habent; ut recte *August. Proposit. 79. in Epist. ad Rom.* Si vero firmitas iudicii sit quidem et cessiva, tamen excessus non sit notabilis, non est quoque juxta Doctores passim culpa gravis regulariter loquendo, ut nec gravis injuria. Unde frequenter seu ordinarie opinio formidolosa de malo, proximi non est graviter mala, etsi indicia non sint plene, sed saltem aliquotumque, vel ferè sufficientia. Immo plerumque Doctores per iudicium temerarium intelligunt, quo quis ex levibus conjecturis firmiter assentitur rei tamquam certae moraliter scilicet. Unde *Wiggers sup. num. 24.* pro dignoscendo, an iudicium subsuerit, assignat ex *Caetano* regulam, quod censetur iudicium quando assentiens rogatus responderet, se habere illud pro re humanitas certa, seu indubitata moraliter, quantumvis non ita semper, ut sitet nullam falsitatem omnino posse subesse. Suspicio vero, si responderet, se ita quidem putare, sed posse falli.

Nihilominus non possum probare generaliter, quod quidam assentunt, in opinio-

nibus formidolosis non esse culpam gravem, perinde quasi assent ex genere suo leves. Videtur enim omnino, quod interdum gravis fiat injuria proximo, si opinio circa malum grave veretur, nec modica sit temeritas: v. g. si de Episcopo aut persona gravi ex frivola conjectura, quis habeat huiusmodi opinionem temerariam, quod sit haereticus, sodomita &c.

Immo idem dicendum censo cum gravissimis Doctoribus de dubitatione, vel gravi suspitione, quae proprie loquendo est quaedam inclinatio in assensum, adeoque assensus vel inchoatus, quatenus probabiliter iudicatur subesse aliquid opinandi fundamentum, ut explicat *Lugo d. 14. sc. 2. n. 28.* temeraria, quando nempe ex nullis aut levissimis indicibus quis non ex humano errore, sed malevole & pertinaciter suspicaretur aut dubium putaret grave scelus de viro gravi & honori nominis. Quavis plurimi Doctores simpliciter asserunt in suspitionibus esse tantum culpam leviem. Quod quidem ordinarie & regulariter de iis verum esse non dissentunt etiam alii Doctores, signanter *Wiggers sup. citans Caetanum, Soto, Navarrum, Turrianum.* Exigitque idem *Wiggers* ad culpam gravem in suspitione per quam videtur ipse, uti alii plures intelligere, seu sub ipsa comprehendere opinionem seu assensum formidolosum, etiam proprie loquendo haec duo distinguantur) perinciam, & plenissimam advertentiam, tum ipsius suspitionis, tum tantae temeritatis ejusdem; addens id esse conformius doctrinae *Augustini Tract. 90. in Joann.* ubi de huiusmodi indicibus & suspitionibus agit, & inter alia dicit: *Quid tam humanum, quam non posse inspicere cor humanum, & ideo non ejus latebras perscrutari, sed plerumque animi, quam quod ibi agitur suspicari? quamquam & in his rebus tenebris humanarum, hoc est, cogitationis, alienarum, et si suspiciones intelligere (Aliqui legunt, vitare) non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, id est, definitas firmasque sententias, continere debemus, nec ante tempus quidquam iudicare. Et quando ergo non erratur in rebus, ut recte sit inprobatio vitiorum, virtutumque probatio, profecto si erratur in hominibus, venialis est humana tentatio.*

Restitutionem externam, defectu illationis exterioris damni, non exigit iudicium temerarium; sed solum ut proximus quantum ad estimationem in animo nostro reponatur loco pristino, non obstantibus levibus, fundamentis, formati sinistri iudicii aut opinionis.

Petes, an vel quomodo dubia sint in meliorem partem interpretanda? Resp. Dubia circa res non esse interpretanda in meliorem partem: cum in iis non sit periculum injuriae, laboreturque rationabiliter, ut ad notitiam veritatis perveniat. Dubia

Accedit ratio.

Defectu advertentiae est nullum aut leve peccatum.

Unde plures frequenter excusantur.

Excusat etiam a gravi culpa levitas materiae.

Si absit temeritas, nulla est culpa.

Si non sit notabilis, est culpa levis.

Prout frequenter reperitur in opinione formidolosa.

7. An semper.

8. Quid est sensum de meris suspitionibus.

9. An vel quomodo dubia sint interpretanda in meliorem partem.

10. An vel quomodo dubia sint interpretanda in meliorem partem.



Dubia verò circa personas seu actiones proximi, sunt interpretanda in meliorem partem juxta Doctores communiter, non quòd positivè debeamus judicare verum esse, quòd favorabilius, sed qui non possumus judicare positivè quòd pejus est; ut docent communiter Doctores, & egregiè tradit *Augustinus l. 2. de Scorn. Domini in monte cap. 18.* ubi allegans illud Christi Nolite judicare, ut non judicemini, inquit: Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quo sensu etiam verificatur vulgatum illud: *Omnis homo præsumitur bonus, nisi probetur malus.*

11. Quid con-  
sulissimè  
fiat.  
Cavendum  
judicare  
possumus,  
quem non  
licet judi-  
care ma-  
lam.  
Quare in dubiis rectissimè divertitur intellectus, suspenditurque judicium, ut alterutrum judicando non temere procedatur. Quamvis enim parum periculi sit in hoc, quòd judicemus semper subesse quòd melius est, idque practicandum sit (ne fiat proximo injuria) positò, quòd determinatè judicemus; tamen hoc ipsum judicium potest saltem esse temerarium, seu imprudens. Unde *Augustinus sup. de factis*, quæ ignoramus quo animo fiant, ait: *Temerarium est judicare, maxime ut condemnemus*, propter injuriam scilicet in hoc admixtam. Nihilominus si damnum aliquod timeatur, seu periculum mali subfit, prudentis erit citra judicium de persona, cujus conditio non rectè scitur, judicare cavendum sibi ab ea, ac si mala esset, v.g. claudendo ostia & cistas &c. In quo etiam vigilare debet superiorum circumspèctio quantum ad subditos; præcavendo rationabilem contristationem, & periculum ingèrendi aliis suspicionem mali de personis.

QUESTIO II.

Quid & Quale Peccatum sit Detractio?

12. Quid de-  
tractio.  
Quid con-  
tumelia.  
Quid ex  
his gravius.  
Dico I. Detractio, est alienæ famæ occulta & injusta violatio, juxta illud *Eccl. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet; qui occultè detrahit.* Debet autem esse occulta, saltem ex intentione dicentis, qui enim in præsentia alterius intendit famæ illius detrahere, non est simplex detractor, sed contumeliosus. Describitur namque contumelia esse alieni honoris aperta seu in faciem ablatio. Quare ceteris paribus contumelia est gravior detractio, sicut rapina est gravior furto: Contumeliosus enim abjecta omni reverentià instat raptoris vi auferit famam & honorem alterius scientis & renitentis. Detractor autem adhuc cæteretur aliquatenus revereri eum cui detrahit; quamquam sæpè magis noceat, eò quòd alter ignorans nequeat se defendere.

*Herincx Sum. Theol. Pars III.*

Affine quoque detractio vitium Sufurratio, graviter in Scripturis reprehensum, ab ipsa differt, quòd Sufurro proximos occultè mordet, ut amicitiam honestam inter illos solvat, discordiaque gignat; detractor verò famam laceret. Unde Sufurratio repugnat charitati; quamvis etiam frequentissimè repugnet justitiæ, quatenus detractioem involvit, dum Sufurro alium imponit, aut occultum delictum revelat, vel aliam injustitiam doli, fraudis aut apertionis secreti. Estque peccatum hoc ex genere suo grave. Unde Sufurrones, uti detractores, recenentur ad *Rom. 1.* inter eos, qui morte digni sunt, & (ut addit *Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 3.*) Deo odibiles. Quamvis ly Deo odibiles rectius cum *Sabouth, Effio & Nis* seorsim legatur, uti alia vitia, q. a. Deo odibiles seu quibus Deus est horrore & odio, esse, uti si eos ibi enumeratos, morte dignos. Plura de Sufurratio vide apud *Basium V. Sufurratio.*

Differt similiter detractio à diffamatione (quæ ut in malam partem sumitur, est juxta *Marchant To. 2. Tr. 4. q. 1. concl. 2.* famam alienæ vel propriæ indebita & publica ablatio sive dissipatio) quòd hæc sit publica: quòdque etiam circa propriam famam locum habeat, cum & seipsum possit quis diffamare, non tamen propriæ suæ famæ detrahere. Posset tamen detractio, quatenus alienam famam concernit, bono sensu etiam diffamatio dici, & è contrà.

Pestilentissimus verò diffamationis sive detractiois modus consistit in libellis famosis, qui sunt scriptum institutù ad alium famosum, qui infamia latius manat, & diutius vivit litterarum beneficio. Quod edens, aut inventos divulgans, morte puniatur *L. un. C. de famosis libellis*, cum hac tamen (inquit *Valer. Andreas ad Instit. de injuria in addit. n. 16. in fine*) restrictione, si in libello famoso capitali, aliquod aut aliud grave scelus, ad creandum alicui periculum, sit objectum; secus, si non capitale. Legem tamen cõsuetudine mitigatam ait *Taldonus ad Cod. de famosis libellis*, additq; ipsam alioquin locum habere, etsi nominatim profiteatur se auctor: eò quòd crimè non excusetur impudentiæ & audaciæ. Neque ex libello famoso institui inquisitione posse, vult idem *Taldonus sup.* eò quòd inde famam lædi non velit Imperator *L. un. cit.* Ac quòd etiam facit c. *Inquisitionis §. Tertia dubitationis, de accusat.* Specialiter Edicta Principum Belgii apud *Zyppum Tit. de famosis libellis* sub poena patibuli & confiscationis bonorum vetant libellos famosos, sive contumeliosa scripta, adversus Religionem, salutem publicam, majestatem & jura regia, eosque qui ad gubernacula reipublicæ sedent. Canonès flagellationem minantur scripta, si reperiuntur fuerit, non probanti c. *Qui in alterius §. quest. 1.* & anathema c. *fin. ibid.* Infamiam perpetuam irrogat *Gregorius XIII.*

*Constit. 4. Ea est, confirmans etiam alias poenas impositas à Pio V. Constit. 147. Romani Pontificis.*

16. *Detractio fit directè quatuor modis.*

Porrò committi potest detractio directè quatuor modis; scilicet imponendo crimen falsum, amplificando crimen verum, manifestando crimen occultum, & sinitrè interpretando alterius factum, juxta vulgatum verbum:

*Imponens, Augens, Manifestans, In mala vertens.*

*Indirectè totidem.*

Totidem quoque modis committi potest indirectè, scilicet negando rectè facta vel dotes alterius, extenuando, tacendo eo tempore, quo alii nostram taciturnitatem interpretabuntur esse tacitam vituperationem, ac denique frigide vel simulate laudando, quando id censetur esse quoddam vituperium juxta illud *Phavorini* apud *A. Gellium* l. 19. *notitium atticarum* c. 3. *Pejus est frigide laudare, quam aperte reprehendere.* Hi quatuor modi exprimentur hoc versu:

*Qui negat, Aut minuit, Retinet, Laudatq, remissè.*

17. *Generaliter & injustè fit impositio falsi, aut evulgatio occulti criminis.*

Generatius verò detrahendi modi sunt duo, scilicet imponendo crimen falsum (quod manifestissime repugnat justitiæ) & manifestando occultum, quod absque ratione facere, similiter juxta communem & satis certam Doctorum sententiam non solum est contra charitatem, sed etiam contra justitiam: quamdiu enim crimen est occultum, retinet proximus jus ad famam. Unde sic infamatus tutà conscientia potest diffamantem in judicio cogere ad satisfactionem si crimen probare non possit, ut patet ex praxi.

Nec refert, quod quilibet sit dominus suæ scientiæ: non potest enim quis uti re suâ cum alieno detrimento; v. g. non potest incendere suum stramen, si inde secururum prævideat incendium domus vicini.

18. *Ad correctionem proximi qui possit acriori peccatum illius.*

Non est autem detractio, quando quis servato ordine correctionis fraternæ proximi peccatum detegit, ut ipse emendetur, quia non est injusta læsio famæ: cum pro bonis superioris ordinis licitè exponantur bona inferiora, ut pecunia pro vita, & fama pro salute. Quin potius talis exercet opus fraternæ charitatis præscriptum à Salvatore nostro.

19. *Detractio est ex genere suo mortale peccatum.*

Dico II. Detractio est ex genere suo peccatum mortale. Probatür ex Apostolo ad *Rom.* I. ubi inter eos, qui morte digni sunt, recenset *sussurrones & detractores.* Qui & aliis locis graviter reprobantur. Ratio est: quia contrariatur virtuti justitiæ, & quidem in materia graviori, quam furtum. Fama enim, quæ per detractioem tollitur, est bonum longe majus, quam pecunia aliave bona temporalia. Nam juxta Sapientem *Proverb. 22. Melius est nomen bonum, quam divitiae multa.* Intelligitur autem conclusio, non tantum quando quis per expref-

*Quamvis ex mera lo-*

sam intemptioem vult alterius famam lædere, sed etiam quando implicite id intendit, faciens id unde ista læsio per se sequitur; uti dum ex quadam loquacitate refert peccata vel vitia alterius: in moralibus enim voluntas expressa & interpretativa non distinguunt species peccatorum, quando versantur in eadem materia. Poterit tamen hujusmodi detractio subinde esse venialis, non solum ex parvitate materiæ, sicut detractio prioris modi, sed etiam ex in-deliberatione seu inadvertentiâ, quæ ita non habet locum, quando læsio famæ expressè intenditur.

Quare signanter in conclusione dixi, detractioem esse peccatum mortale ex genere suo, eò quod levitas materiæ in peccatis injustitiæ, & generaliter indeliberatio excuset à mortali. Ceterum materia gravis hæc rectè statui videtur omnis & solus defectus graviter probrosum respectu personæ lætæ.

Unde ad materiæ levitatem censentur pertinere in primis veniales defectus proximi, quos proinde narrare non est mortale; nisi essent tot aut tales, qui personam de qua referuntur notabiliter dehonestarent. Sic enim si de viro gravi aut Religioso diceret quis eum esse mendacem, seu crebro mentiri, graviter ejus famam læderet. Deinde huc pertinent quædam peccata mortalia, quæ, spectatâ conditione personæ, non censentur notabiliter ejus famam lædere: ut si quis de milite narret, quod fuerit fornicatus, ebrius &c. de Nobili, quod commiserit duellum, de adolescente mundano, quod sit deditus amoribus. Idem est de iis, quæ alius non curat occultari, aut de quibus se solet jactare. Immo fieri posset, ut divulgando, quod præfectus v. g. cohortis duellum reculaverit (quod quidem satis fecit) graviter quis peccet, quatenus inde sequeretur militum inobedientia & contemptus.

Tertio, ad materiæ parvitate referuntur peccata sub quibusdam generalibus nominibus relata; ut si quis dicat aliquem esse superbum, avarum &c. Hæc enim nomina ordinariè accipiuntur, ut solum denotent naturalem inclinationem, vel veniales defectus; non autem ut importent peccatum mortale in talibus materiis esse commissum. Ubi autem id locum non habet aliter dicendum est: unde non sine mortali diceretur de viro, qui habetur probus, quod sit fornicarius &c.

Quarto, pertinent eò defectus naturales, sive corporis, sive animi; ita ut eorum revelatio non sit ordinariè peccatum mortale, nisi inde aliquod notabile damnum proximo eveniret: ut si quis dicat alterum esse ignarum, parvi judicii, claudum, cecum &c. Ob similia enim, quæ natura negavit aut non dedit, non censentur quis infamari.

Idem

signanter natalium.

Idem per se loquendo, ac re secun- dum se considerando locum habet in defectu natalium: si quis dicat aliquem esse filium sacerdotis, natum ex adulterio: quia ob id talis persona non est vituperio digna, atque ita in se non diffamatur, dum ipse recte se gerit, ac parentes non imitatur: per accidens tamen, quia similia probra vitia parentum aliquibus in locis communi hominum æstimatione generant probra etiam in filiis, qui idcirco habentur quodammodo infames, & apud omnes contemptibiles, poterit esse mortale similes defectus jam obliteratos vel occultos ibidem manifestare.

24. An liceat revelare crimen suspectam personam.

Petes I. An liceat referre crimen occultum subdicendo personam: & quomodo peccet, qui refert se audivisse hunc vel illud commississe aliquid, quod adhuc occultum est, non tamen asseverando ita esse.

Resp. ad primum Affirm. modò non possit deveniri in notitiam vel suspensionem personæ. Qua in re opus est magna cautela, cum facile ingeratur suspicio, & sequatur notitia personæ. Cavendum etiam præjudicium v.g. Collegii vel Monasterii, ne ipsum nominetur.

25. An liceat sine auctoritate auctoritate auctoritate referre.

Ad secundum respondeo, si talis id faciat intendendo lesionem famæ proximi, peccat mortaliter peccato detractionis: uti & si prævideat, aut facile prævidere possit, ex vi & modo suæ narrationis ejusmodi lesionem secuturam. Si autem referat eam iis, quos verosimiliter existimat ex sua levitate credituros, etiam si modus narrandi non sufficiat ad prudenter generandam fidem, peccabit mortaliter saltem contra charitatem: nam quilibet tenetur impedire ex charitate malum proximi quando commode potest, præsertim si occasione tui eveniret. Communis tamen penè opinio habet, eum non peccaturum contra justitiam, quia non est vera & per se causa damni, sed tantum per accidens & occasio- nalis: narratio quippe ejus non erat talis, ut esset idonea fidem facere; sed quòd alii credunt, oritur ex eorum malitia aut levitate. Si denique referat crimen, ita ut ei probabile non sit, ullam inde infamiam secuturam, ut quia alii non sint credituri, non peccat mortaliter: cum inde proximo non obveniat notabile damnum, etiam si forte levis aliqua suspicio in animis audientium suboritura sit. Excipe quando peccatum foret valde grave, v.g. proditio, libido præpostera &c. nam etiam levis suspicio vel dubitatio de simili crimine non reputatur leve malum personæ honestæ.

26. Revelare crimen proximi uni vel alteri an mortale.

Petes II. An sit peccatum mortale revelare uni vel alteri viro bono & prudenti grave peccatum proximi?

Suppono in primis id non esse illicitum, si subdit aliqua justa causa, v.g. si indigeam consilio alterius vel auxilio. Immo

Herincx Sum. Theol. Pars III.

etiam juxta varios Doctores, signanter Petrum Navarra, Marchant, Lessium cap. II. dnb. 12. non erit peccatum saltem grave, si id fiat solatium ab amico accipiendi, aut doloris mitigandi gratia: est enim nimis grave, ut quis cogatur injurias acceptas solatium in silentio concoquere. Quin potius jus habere videtur, ut dolorem sibi injunctum depellat: quod autem hoc fiat (dum aliter non potest) cum aliqua læsione famæ injuriantis, ipse sibi imputare debet, qui dolori causam dedit. Qui etiam satis novit hujusmodi effectum injurias consequi solere, nec curat propterea ab iis abstinere. Cavendum tamen mendax sit, fallaque relatio, neve intentio detrahendi, aut cupiditas occulte sese immisceat, ac (ut Varii ad- dunt) ne nominetur persona delinquens, aliquidve aliud dicatur, quando id ad consilium, auxilium aut solatium non est necessarium.

Excusat ista causa.

E contra satis constat peccatum fore mortale, si absque justa causa narretur defectus etiam uni soli, si inde damnum notabile proximo emergeret in alio genere, v.g. si is cui revelatur idcirco sit repulsurus alterum à publicis officiis aut beneficiis. At eatenus non foret mortale præcisè in genere detractionis.

27. Damnum grave extrinsecum facit id esse mortale.

Solum igitur difficultas est, an qui grave crimen proximi ex levitate aut loquacitate, vel ex amicitia familiari, aut saltem absque justa causa uni vel alteri manifestat, peccet mortaliter, etsi non sit periculum ulterioris divulgationis, & absit omnis alia circumstantia vitians?

28. Immo etiam hoc secluso est mortale detractio.

Resp. omnino videri quòd sic. Ita communis Doctores, contra Caietanum & quosdam alios. Ratio est: quia possidere bonam existimationem in animo viri probi & prudentis, est simpliciter notabile bonum (nullo enim uni bono, quam decem malis probari), adeoque gravem injuriam ei infert ille, qui cum tali bono injustè spoliat. Quod confirmatur: quia juxta omnes temerariè proximum judicans in re gravi peccat mortaliter; ergo etiam crimen occultum uni soli revelans nam per judicium temerarium similiter tantum amittitur existimatio apud unum. Neque levitas seu temeritas judicii foret mortalis, nisi magnùm bonum censeretur, quod amittit is, qui temere judicatur; ideoque quando est levis res, etiam temere judicans solum leviter peccat. Accedit, quòd consequenter posset auditor detractionis apud se factæ citra periculum gravis culpæ ipsam permittere aut promoveri, cogitans se prudentem & taciturnum.

Probat.

Confirmatur.

Nec difficultatem habet, quod quidam dicunt, non auferri famam, utpote constantem opinionem multorum: nam ipsam notabiliter lædit, eamque ex parte notabili aufert,

29. Occurritur objectioni.

aufert, scilicet opinionem seu existimationem in aliquo, ex qua & singulis singulorum aliorum opinionibus fama totalis integratur. Præterea in definitione detractionis per famam rectè intelligitur existimatio, præsciendò à multitudinem certè qui apud unum detrahit, saltem venialem detractionem committit; adeoque famam aufert seu lædit. Plura vide apud alios, signanter *Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 4.*

30.  
Qui peccet  
auditor ad  
detractionem inducens.

Petes III. Qualiter peccet auditor detractionis? Resp. I. qui ita audit, ut interrogando, animando aut simili modo inducat ad detrahendum, æquè, immo magis peccat, quam ipse detractor: quia non tantum peccat affectu detractionis, ut ille, sed etiam peccato scandali, quatenus est alteri causa detrahendi. Et hinc peccat quoque contra justitiam tamquam efficax causa injuriæ, & tenetur ad restitutionem in defectum detractoris, si videlicet ejus inductio vel animatio putetur hic & nunc movisse detractorem, adeoque in damnificationem efficaciter influxisse.

31.  
Vel qui de  
ipsa lætatur.

Resp. II. Qui audiendo detractionem lætatur, etsi non inducat, neque ad continuationem excitet, peccat mortaliter contra charitatem, utpote gaudens de gravi malo proximi. Immo etiam suo modo contra justitiam, quatenus complacet sibi in actu injusti detractoris. Non tenetur tamen ad restitutionem, quia non est causa damni. Non peccaret autem mortaliter, nisi solum delectaretur eloquentiâ seu gratiâ detractoris: aut etiam juxta *Lessium sup. dub. 4.* curiosâ cognitione factorum proximi, modò ipsam detractionem nec probet nec desideret. Quod postremum tamen non probat *Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 15.* ed: quod hæc cognitio sit ipsa famæ diminutio in animo audientis, aut saltem illam necessariò causet, adeoque non satis appareat, quomodo possit quis gaudere de auditione quatenus causa cognitionis, non probando famæ diminutionem connexam, quatenus de proximo nunc concepit malam opinionem.

32.  
Vel qui non  
impedit.

Resp. III. Qui nec inducit, nec lætatur, non impedit tamen, quando absque notabili incommodo potest, peccat mortaliter contra charitatem, quando detraçtio est gravis, & non est alius, per quem videat eam impediendam. Lex enim charitatis obligat, ut quando commode possumus, avertamus notabile damnum proximi, quod ipse invitus patitur.

33.  
Quam  
excusent  
audientem.

Dixi quando absque notabili incommodo potest: nam si ex magna verecundia vel pusillanimitate non audeat resistere, ordinariè non peccabit mortaliter: quia nemo tenetur ordinariè cum magna sua difficultate damnum proximi impedire. Si tamen infamia foret valde atrox, & communi bono contraria, teneretur verecundiam & pusillanimitatem excutere. Similiter ex-

culabitur, non impediens, quando sibi timet aliquod aliud magnum incommodum, ut verbera, coptumelias, aut quid simile. Idè apparet, si dubitetur seu non constet audienti, an res narrata sit publica, sive an justè vel injustè narretur: cum in dubio non debeat præsumi loquentis iniquitas. Idem quoque est, quando putat, vel auditores non credere detrahenti, vel suam monitionem non profuturam; ut si sit famulus aut inferioris conditionis, aut aliàs nullius auctoritatis: tunc enim non tenetur contradicere, vel reprehendere, vel positivè pro fama alterius defendenda agere, sed sufficit ut quovis modo nolentem se exhibeat, aut ostendat dicta sibi non placere, prout oportunitatem videbitur. Ad quod juvat hilaris quædam digressio, seu sermonis diversio, aut vultus quasi averfantis exhibitio, juxta illud *Proverb. 25. Ventus aquilo dissipat pluvias, & facies istius linguam detrahentem.* Immo quia experientia docet, aliud agendum detractorem magis excitari ad plura dicenda, eaque confirmanda, censet simpliciter *Marchant Tr. 2. Tr. 11. Tit. 4. g. 6.* auditorem, nisi sit superior vel persona respectivè gravis, ad amplius non teneri. Adde, interdum meliùs consuli proximo, dum permittitur progressus inceptæ detractionis; cujus dein falsitas meliùs ostenditur. Mala detractionis & modos illam vitandi vidè apud *Chrysostrum Homil. 3. ad Populum Antiochenum.*

34.  
Defamati  
etiam resti-  
tuent: juxta  
famam.

Pro fine quæstionis notandum, famam communi judicio, etiam post mortem moraliter possideri, adeoque peccati posse revelando occulta crimina defunctorum, etsi inde hereditibus seu amicis nullum damnum obveniat; in quos tamen frequenter etiam redundat hujusmodi infamatio. Eum post mortem maximè celebrantur opera laudabilia, quando non imminet elationis periculum. Quo spectat illud *Eccl. 7. Mortuo nō prohibeas gratiam*; intelligit sepulturam, suffragia, ac etiam nominis eorum honorificam defensionem. Quare sicut laudis & honorificæ recordationis, sic & obprobriationis sunt defuncti capaces, quorū, veluti se defendere non valentium, obprobriatores dixerunt Philosophi cum lævis pugnare. Metus quoque infamæ post mortem est multis fræpugum coercens à peccatis, uti spes famæ stimulus ad virtutes, doctrinam &c. Immo ipsi damnati (in quibus naturalia manent integra) non privantur jure ad famam; etsi quidam contrarium sentiant: ut proinde falsa præsertim crimina iis imponere foret grave peccatum. Hinc patet non esse excusandos Historicos, qui valde infamia mortuorum crimina, sed omnino occulta, scriptis evulgant. Quamquam ob historiæ integritatem, communem utilitatem, publicam cruditionem, & terrorem aliorum plusculum Historicis indulgeant quidam Doctores in prodendis criminibus

Immo &  
damnati.

Historici  
qui excusantur.

Qu. III. An vel Quando liceat Imponere sibi Crimen Falsum. 347

minibus defunctorum non dimagno occultis. Ita Soro, & Molina To. 5. disp. 28. & alii.

QUESTIO III.

An, vel Quando Liceat Imponere sibi Crimen Falsum?

35. SUPPONO infamacionem sui non esse contra iustitiam, atpote destructionem rei, quæ est sub nostro jure seu dominio. Immo ad confusionem propriam, vel ob aliquam rationabilem causam, v.g. ad evadendos torturæ cruciatus, respondendum judici legitime interroganti, satisfaciendum pro criminibus, etsi mors sequatur secundum ordinem juris, interdum est licita. Aliàs saltem est temeraria prodigalitas boni, ad eod. vitam honeste ducendam opportuni. Immo grave postea esse peccatum, si fama sit officio e. iustitia rectè administrando necessaria, si infamans inde fiat magis effrenatus ad peccata repetenda, si aliis inde detur scandalum seu occasio sequendi, si inde alii incurrant malam notam vel dedecus, si causâ jactantiæ de gravi malo id fiat. Aliàs per se loquendo non est grave peccatum, ut nec prodigalitas bonorum fortunæ; ut tenent Doctores passim: etsi Varii agnoscant gravem culpam contra charitatem, ut videre est apud Wiggers Tr. 4. c. 1. dub. 12.

Infamatio sui non est contra iustitiam. Quando licita sit, vel non.

An per se loquendo sit grave peccatum.

36. Ne ad evadendam mortem potest quis sibi falsum crimen imponere.

A quo abstinendo sanctissimo ager.

37. Et si neque graviter peccaret agendo.

Locus Augustini Explanatur.

ximum hoc faceret; intellige, quia utrumvis agat, est reus falsi testimonii, etsi non æqualis utrobique sit culpa; utpote graviter injurius proximo, non autem sibi ipsi; ut explicat Wiggers sup. Deinde in certis circumstantiis, quando scilicet testimonium est perniciosum propriæ vitæ aut alteri bono necessario, est quoque grave crimen; etsi non in omni casu, quod Augustinus etiam non asserit.

DICO II. Ad evadenda tormenta, sive levia, sive quantumvis gravia, aut etiam ipsâ morte intolerabiliora, non licet absque gravi peccato sibi imponere, seu confiteri falsum crimen, ob quod est morte plectendus. De tormentis levibus res est satis clara: eod. quod teneatur quis mortem non commertus sub gravi culpa vitam suam conservare, neque mortialis ei tamquam causâ moraliter imputandæ exponere, non obstante aliquarum pœnalitatum sustinentiâ.

38. Ad evadenda levia tormenta graviter est illicitum imponere sibi crimen, ob quod est morte multandus.

De gravibus torturæ acerbissimæ cruciatibus, res est controversa inter Theologos. Nam Angelus, Silvester, Toletus, Lessus c. 11. dub. 7. n. 41. Bonacina de Restit. in part. d. 2. q. 4. p. 10. n. 6. & alii censent non esse culpam gravem (levis culpa ratione mendacii non potest negari: nisi quod quidam per viam restrictionis mentalis omnem culpam tollere referunt) eod. quod mendacium istud appareat non esse perniciosum, sive respectu vitæ propriæ, cum confessio ista solum tendat directè ad evadendum tormentis, ipso confitente iustis de causis permissivè se habente ad suam mortem: sive respectu iudicii, eod. quod iudex non habeat jus, ut reus cum tantis tormentis ei probeat suam innocentiam; propter quod etiam nemo iudicem sibi per hoc injuriam fieri queritur, sed potius commiseratione movetur re cognitâ. Ut proinde hæc optato videri queat præferenda, non solum quia verior, sed etiam quia saluti miserorum, alias frequenter etiam quead animam pereuntium faventior.

39. Si gravissimi sunt tormenta cruciatu variis excusant à culpa gravi.

Fundamentum.

Nihilominus concussorem tradit inter alios Covarruvias, Navarrus, Molina, quos citat, & tamquam veriores sententiam sequitur Wiggers sup. dub. 13. Similiter Lugo d. 14. sect. 10. n. 174. etsi oppositum censent probabile; & posse ab eo, qui voluerit, in praxim deduci. Probatur ex eo, quod talis censetur scies cooperari, & injuste causam præbere mortis suæ (etsi iudex inde justè moveatur, excusatus à formali iniustitia per ignorantiam; quæ non potest scienter falsum confitenti, & errorem in iudice causanti) adeoque censetur falso contra se ipsum testimonio quodammodo suicida; sicut conferetur alium occidisse, qui ex simili falso testimonio per iudicem neci adjudicaretur. Contra quem ideo nec tali casu, talive de causa, potest quis falsum testimonium loqui. Non magis autem est do-

40. Opposita nihilominus sententia asseritur.

Probatur.



minus vitæ propriæ, quàm proximi: quid-  
quid sit de fama. Ut proinde in talem etiam  
quadrate videatur solemnè dictum *Augu-*  
*stini 1. de Civit. c. 26. urgentis & neminem*  
*spontaneam mortem sibi inferre debere, velut*  
*fugiendo molestias temporales (prout talis fa-*  
*cit) ne incidat in perperas. Et 19. de Civit.*  
*c. 6. Si enim secundum istorum (Philosopho-*  
*rum scilicet Gentilium, mortem tibi in-*  
*ferri posse censentium, contra quos supe-*  
*rius egerat) sententiam delegerit ex hac viâ*  
*fugere, quam diutius illa sustinere tormenta,*  
*quod non commisit, commississe dicit.*

41.  
Confirma-  
tur ex S.  
Hieronymo.

Ad idem facit *Hieronymus Epist. ad In-*  
*nocentium de malere septies illâ, ubi refert*  
duobus falsè accusatis de adulterina co-  
pula, quum præ tormentorum vi juvenis  
falsè confiteretur crimen, muliere eum  
constantia superante, miserimi juvenis  
ad primum statim ictum amputatum esse  
gladio caput, mulieris autem caput etiam  
septimo ictu amputari non potuisse. De  
isto autem præmittit: *Infelicissimus juvenis*  
*volens compendio mortis longos cruciatus vi-*  
*tare, dum in suam mentitur sanguinem, ag-*  
*gravavit alienum. Ubi aperte asserit, talem*  
*iniquè & perniciosè mentitum esse in pro-*  
*prium sanguinem; et præterea peccaverit*  
*accusando alienum sanguinem inno-*  
*centem. Subditque verba mulieris, in tor-*  
*mentis Deum istem invocantis, non ideo*  
*se negare velle, ne pereat, sed ideo mentiri nol-*  
*le, ne peccet.*

42.  
Objeçtio.

Dices, potest quis confiteri crimen ve-  
rum, Cui propterea sit occidendus à judi-  
ce, absque eo quòd censetur seipsum oc-  
cidere, seu morti suæ cooperari, ad quam  
potius censetur se permissivè habere: ergo  
similiter id censendum est in calu præsen-  
ti. Respondet *Molina To. 5. d. 37. n. 18. Neg.*  
Conf. eò quòd in calu præsen-  
ti confessionem ponatur quasi in esse, quantum  
ad justam judicis opinionem, causa demer-  
itoria & causativa mortis ob eam infe-  
rendæ, at confessio criminis veri solum sit  
conditio, sine qua non operatur mortem  
causa illius meritoria, scilicet ipsum cri-  
men commissum, cujus sufficientia interim  
erat quoddam remedium contra causam  
mortis positam, sed latentem.

Responsio  
prima.

Sed contra facit, quòd etiam in calu cri-  
minis veri accusator legitimus censetur  
citra culpam causa mortis subsequatæ per  
executionem subsequenti sententiæ judi-  
cis, ideoque incurrat irregularitatem ob  
defectum lenitatis, ut proinde differentia  
non videatur ponenda inter consistentem  
crimen verum, & consistentem fallum,  
quantum ad rationem causæ. Quare aliter.

43.  
Responsio  
secunda.

Respondetur, utroque calu posse quo-  
dammodo consideri reum cooperari suæ ne-  
ci, sed uno injustè, altero justè. Neque  
enim omnis cooperatio ad necem justè ab  
alio auctoritatem habente inferendam est  
mala, quin immo hanc licet procurare, pe-

tendo & desiderando rationabili de causa  
eam ut inferendam ab alio auctoritate præ-  
dito: at cooperari ad mortem reverà injus-  
tè inferendam innocenti, nullatenus licitum  
est, etsi per accidens excusetur iudex  
ratione erroris per ipsum reum scienter  
causati. Plura vide apud *Wiggers & Lugo*  
locis citatis.

Peres, an falsò crimen proprium con-  
fessus teneatur adhuc sub mortali ad revo-  
cationem? Responderent Auctores opi-  
nionis mox refut. Neg. si timeatur pruden-  
tè renovatio tormentorum, idque non  
obstante perjurio fortassis commissio, quod  
jam transit & penitentia coram Deo de-  
lendum est non retractatione. At inhæ-  
rendo jam traditæ doctrinæ, responden-  
dum est Affirm. quando videlicet per re-  
vocationem posset tolli aut impediri causa  
mortis inique posita, quam alioquin cen-  
setur voluntariè continuare. Secus, si inu-  
tiliter seu absque prædicto effectu id fieret:  
tunc enim non est amplius in potestate causa  
mortis ejusque operatio. Quamvis juxta  
*Molina* sit consultum, fierique solitum, ut  
nihilominus in articulo mortis publicè in-  
nocentiam suam metu tormentorum falsà  
confessione perditam occidendus testaretur.  
Quod etiam posset esse obligatorium  
in calu, quo ex falsa confessione sequeba-  
tur præjudicium famæ vel aliud damnum  
aliorum. Ita *Lugo sup. n. 186.*

44.  
An teneatur  
jann.  
cens. falsam  
confessio-  
nem revo-  
care.

QUESTIO IV.

Quomodo liceat revelare crimen  
proximi ad malum proprium  
vel tertii evitandum?

Dico I. Ad evadendam mortem aut  
gravia tormenta licitè detegitur oc-  
cultum alterius crimen extraconfessionali-  
ter cognitum calu aut per commissum se-  
cretum, dum inde non sequitur, nisi ad-  
sumum detrimentum in bono famæ pro-  
ximi. Ita *Soto, Navarrus, Molina, Lessius*  
& alij passim.

Ad evan-  
dam mor-  
tem licet  
pandere cri-  
men proxi-  
mi, etiam  
secretum, si  
necesse est,  
ut evitentur  
detrimenta  
famæ.

Probari solet ex *Lessio c. 11. dub. 8. qui*  
non tenetur quis cum tanto suo malo con-  
servare occultatione veritatis famam proxi-  
mi (idem est à fortiori de bonis fortunæ) uti  
nec abstinere à demonstrandis pecuniis al-  
terius, quas apud se occultatas habet. Sed  
difficultas est, quòd in præsen-  
ti calu tantum non servetur, sed positivè tollatur  
fama proximi, quæ non nisi detectione  
criminis tolli potest.

46.  
Vera ratio.

Itaque contra *Lessium* sciendum id qui-  
dem, sed ulterius dicendum, quòd fama  
licitè tali calu tollatur, adeoque citra de-  
tractionem, sicut dum id fit ad impedienda  
iniquas alterius machinationes, simili-  
busve justis de causis. Cujus ulterior ratio  
est, quòd in calu criminis veri & occultati  
jus ad

Qu. IV. Quomodo liceat revelare crimen prox. ad malū evit. 349

jus ad famam non sit ita strictum & illimitatum, sed iustis & debitis de causis iuxta dictamen rectæ rationis tolli frequenter possit. Sic autem est similiter in præsentibus. Rationabile enim omnino est, ut tam gravia mala possit quis se avertere tali medio; immo irrationabile esset, id fieri non posse. Alioquin inter pecunias & famam est disparitas, quod illæ seu bona fortuna, secus quam bona famæ, originaliter communia, per divisionem sic facta sint singulorum, ut conditio primaeva quodammodo pro casu extremæ necessitatis reviviscat in ipsis; cum tamen fama alterius inviti citra injustitiam nequeat destrui per falsi criminis impositionem.

47. Secretum non tam arctè obligat.

Limitatio.

Alia limitatio.

43. Idem censendum, et si infamando simile malum imminet.

49. An hæc locum habeant, si notitia criminis sit in scriptis extorata. Sententia affirmans probatur.

Instantia in contrarium.

præsens ablatio per supervenientem necessitatem purgari, quæ facit bona fortunæ communia. Quia immo merito videtur alter de se conqueri, tam quod vi & injuriâ prius secreta ejus scrutatus sit, quam quod nunc illa in ejus perniciem vertat, ut se liberet, sicque novam injuriam addat præcedenti.

Quare oppositum apparet sâdem regulariter æquitati consonum. Ademque tenet Soto, Navarrus, Molina & alii, quorum Nonnulli expressius agunt de solo periculo vitæ alteri imminenti, quasi (ut indicat, Molina, Navarrus, prout citat & sequitur Wiggers c. 1. dub. 14. in fine) dum solum esset periculum in rebus fortunæ, adhuc licita esset detractio, dummodo detegens sit paratus clarificare omne damnus.

Nec displicet regula Cardinalis de Lugo sup. n. 10. & seqq. docentis tunc demum revelationem licere, quasi nimirum injuria non præcessisset, quando retractus es ad talem statum, in quo propter præsentem necessitatem posse eamdem notitiam quovis modo, etiam aliis injuriosè, v.g. interceptione litterarum &c. comparare. Ad quod utique non sufficit quævis causa concernens, ob quam possem alioquin occultum crimen aperire (ne lata porta aperiat in inquirendis quavis methodo alienis secretis contra publicam quietem) sed quando ipse dominus secreti me vel alium innocentem iniquè vexat, aut ipse teneretur illud manifestare, aut quando id necessarium esset ad bonum reipublicæ. Quibus casibus non putem facile ab aliis Doctoribus negandum id posse fieri.

Dico III. Potest quis manifestare crimen occultum proximi, quatenus hæc manifestatio est necessaria ad impediendum notabile damnus, sive temporale sive spirituale, inde alioquin innocenti impendens, v.g. novi Petrum esse furem, possum monere eos quibus cohabitatur, ut sibi caveant. Deinde possum patefacere homicidam, si innocens esset condemnandus; immo ex charitate crimen manifestare teneor.

Ratio est: quia potest quis se & innocentem servare indemnem per moderatam defensionem, etiam cum detrimento invasoris in vita & membris; ergo multo magis in fama ad quam suppositâ veritate criminis jus satis limitatum possidet. Deinde quisque habet jus proferendi in lucem, quod in sua cognitione abditum tenet, si ex illius occultatione aliis malum imminet: si enim id possit, ut sua, cur non ut proximi mala avertat, quem sicut se ipsum diligere debet? Unde ipse Salvator Math. 16. & Luca 12. occultam Phariseorum & perniciolam hypocritarum discipulis manifestavit, quatenus sibi ab eorundem fermento caverent. Similiter Apostolus 2. ad Timoth. 4. scribit: Alexander ararius multa

Sententia negans præferunt.

50. Regula Cardinalis de Lugo notanda.

Ad impediendum malum proximi quilibet licita sit detectio criminis alieni.

multa mihi mala ostendit; quem & tu devita. Sic & instrui possunt fideles, ut sibi caveant ab uno aut pluribus occultis hæreticis, vel suspectam & perniciosam in fide aut moribus doctrinam tradentibus; uti Christus *Matth. 7.* monet attendendum à falsis Prophetis, qui extrinsecus apparent oves, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Quantitas autem damni, quod timeatur, prudenti judicio æstimanda est, an videlicet hic & nunc sufficiat aperiendo crimini.

52.  
Si plus quam necessesse revelatur, contra charitatem delinquitur; immo & contra justitiam.

Dixi in conclusione quatenus hac manifestatio est necessaria ad damnum impediendum: alioquin enim constat fore contra charitatem, quæ requirit vitari incommodum proximi, quando convenienter potest. Immo & juxta Doctores communius tunc erit contra justitiam, sicut contra illam peccat occidens invaluorem, si eum stringendo ensem, aut leviter percutiendo satis repellere possit. In dubio, an malum altera viã possit averti, licebit uti modo securiori, & crimen patefacere: quia causa innocentis in dubio est magis favorabilis, seu est plus ei favendum. Idem est in dubio, an sit revelatio profutura: si enim constaret quod non, frustra fieret criminis revelatio.

53.  
Objectiones.

Dices, non tenetur invaluus ex justitia fugere, etsi sic possit evadere vim invaluoris, quem proinde moderatè se defendendo occidens vel mutilans non facit contra justitiam: ergo licet aliter possit malum averti, non tamen etiam injustum erit id facere tali viã, scilicet aperiendo crimen. Admittunt Quidam tamen, quando criminolosus habet se per modum invaluoris mei aut proximi, rerumve ejus. Alii admittunt & ipsi fore contra justitiam; v. g. si revelo aliis crimen alterius, ut per ipsos emendetur, quem ego ipse emendare possum. Verum Resp. Neg. Conf. quia prior habet jus in tali loco manendi (saltem seu præcipue si concussit justa honoris defensio fugam vetans) neque ob malitiam alterius tenetur ex justitia eum deturere, aut à jure isto recedere. Quare defendere illum & se ibi potest moderatè. In casu autem consequentis potest utrovis modo malum tollere, absque eo, quod cogatur discedere à jure suo sibi antecederet ad invasionem competentis: quia non videtur magis ab aliquo jure suo discedere, quando se per declarationem fori defendit, quam si per exceptionem contra testes, pendendo eorum crimina occulta, si utrovis modo securè se eximere possit.

54.  
Simulatio innocentis notione licite detegitur.

Corollaria.

DICO IV. Licetum est detegere simulationem ejus, qui falsis virtutibus famam comparavit, quando cedit in aliorum detrimentum, ad illud scilicet impediendum, aliàs nequaquam licet. Prima pars satis constat ex allegatis conclusionibus præcedentibus. Unde si quis verboritate vel astu comparaverit nomen periti advocati vel medici, si mihi certò constet contrarium, pote-

ro id aperire iis, qui alioquin passuri sunt damnum in bonis vel corpore. Similiter possum manifestare pauperes simulatos, qui ex sua simulatione convertunt ad se elemosinas cum detrimento illorum, qui verè pauperes sunt.

Secunda pars probatur: quia eadem videtur ratio de similibus hypocritis, quæ de occultis criminosis. Quod confirmatur: quia etsi fictè virtuosus non habeat jus, ut positivè judicetur esse probus, habet tamen jus, ut non judicetur esse improbus, aut non virtuosus, quam diu hoc exterius non patet, ac nemini nocet. Adeo ut Doctores passim contra *Adrianum* idcirco existimant esse non solum contra charitatem, sed etiam contra justitiam (quæ obligat non detegere, dum abest utilitas ad proprium vel proximorum bonum) detegere talem hypocritam, v. g. mulierculam verè pauperem, quæ simulat pietatem, ut obtineat elemosinas. Vide *Lessium c. 12. dub. 10.* ubi tamen oppositam *Adriani* sententiam probabilem censet.

Petes, an pro lucro consequendo liceat alienum crimen pandere, v. g. si aliquot milleni aurei promittantur? Resp. Neg. Nam ut lucrum etiam longè excedens faciam, non possum alienum auferre, aut damnum alteri inferre: hoc enim maximam in universo perturbationem gigneret, dum quisque spe amplioris lucri aliena raperet. Et sic mercator magis industrius posset ab aliis quælibet rapere ad suæ negotiationis lucrosam exercitium.

#### QUÆSTIO V.

*An Publicitas Criminis excuset à Peccato Detractionis?*

NOTA publicum, aliud esse jure tale, aliud factum. Illud dicitur, de quo constat per confessionem aut convictionem Rei, vel per sententiam subsecutam. Quando autem per probationes aut sententiam condemnatoriam solum constat seu declaratur esse de crimine suspectus, tunc hæc ipsa suspicio est jure publica. Publicum factum dicitur, de quo evidenter apud non paucos constat esse factum, sic ut prudentis arbitrio nullà possit tergiversatione celari. Huic accedit publica præsumptio, quando nempe non quidem de facto, sed de vehementibus seu sufficientibus indicibus constat. Quod factum alii famolum vocant. Tunc autem censetur juxta *Molina Tr. 4. d. 31. n. 4.* res alicubi publica, adeoque fama in communitate amissa, quando ita limites secreti & occulti excedit, ut attentà qualitatè communitatis & hominum conditione moraliter sit prudentis arbitrio ulterius diffundenda. His notatis.

In primis publicitas juris tribuit juxta commu-

55.  
Secus si simulatio nemini noceat.

56.  
Probiti nemo licet detegere crimen proximi.

57.  
Quid publicum jure vel factum, quid de jure.

58.  
Publicitas.



per sententiam ubi vult publicare licet.

communem sententiam facultatem ubique diffundendi notitiam criminis, quando de eo constat per sententiam publicam. Nam hæc facultas & infamia consequens est quasi pars pœnæ, ac delevit bono publico. Ideoque solent judicia publicè agi, sententiæque solemnissimè publicari ac executioni mandari. Quare ipsa etiam possent publicè ubique affigi, ac typis mandata ubivis distrahi, uti per judicem, sic & per alios.

59. Quid si publicum sit per confessionem vel probationem legitimam.

Quæ ratio cum non habeat locum in sola confessione vel probatione criminis, censet *Lugo d. 14. sect. 6. n. 72.* circa has procedendum, uti circa facta, adeoque si censetur de his factis publicè constare, posse propalari, uti alia quæ habent præcise facti publicitatem: qualis plerumque non deest in hujusmodi; cum interrogationes & confessiones fiant sæpe coram omnibus, nec ordinariè possunt moraliter latere, quæ sic jure aguntur. Ideoque *Lessius c. 11. dub. 13.* & alii de his, uti de ceteris, publicis per sententiam aut factis, sine discrimine loquuntur.

60. Quid si anticipetur paululum divulgatio iustitiam.

Quòd si quoque moraliter constet, sententiam condemnatoriam paulò post ferendam, brevis anticipatio divulgationis non censetur graviter mala, uti nec graviter præjudicativa; prout idem *Lugo censet n. 79.* & rursum *n. 90.* referens *Molina, Lessius,* & alios communiter sic sentire, sive instet evulgatio per sententiam, sive per famam, sive alio modo: nisi fortè ex illa anticipatione sequerentur interim gravia damna extrinseca, v. g. in divitiis, officiis &c. quæ proinde forent compensanda ab eo, qui sic anticipat, uti credit idem *Lugo sup.* Atque ita interdum fit de expresso vel præsumpto proximi consensu, ut etiam fallum aliquod crimen de ipso ad lepam tertii deceptionem mox tollendam dicatur citra gravem culpam, dum scilicet abest periculum omne remanere pravae opinionis alteriusve mali. Sic etiam nonnulli explicant factum Christi prædicantis certò & proxime instans Petri & Judæ peccatum. Verùm Christus habebat famam alicujus dominium: nec deerat illi causa gravissima, quòd scilicet constaret discipulis ipsius Christi divinitas, præscientia, & spontanea passio.

61. Sententia limitatè publicam non tribuit facultatem ulterius divulgandi.

Dixi notanter per sententiam publicam: quòdque enim condemnatio & punitio non egreditur certos limites, etiam ex voluntate judicis aut penitentis; prout fit in familia, collegio, Religione. Unde crimen v. g. Religiosi etiam condemnati, qui non ejcitur ab Ordine, propalatur extra Religionem; si extra illam non fit alià vià publicum, est contra justitiam; ut notarunt *Molina sup. disp. 33. n. 7. Lugo sup. n. 73.* & alii.

62. Publicitas

Secundò publicitas absoluta facti etiam excusat divulgantem alterius crimen pu-

blicum, juxta receptam Doctorum sententiam. Nam taliter criminis amittit jus ad famam; utpote fundatum aliàs in occultatione, jam cessante. Quin immo videtur ipse suam famam prodegisse, juriq; ad illam cessisse, in talibus circumstantiis crimen perpetrando. Idemque confirmat communis hominum apprehensio, quorum nemo censet se inique agere, referendo facta publica, aut etiam ad alia loca scribendo. Unde in novis publicis imprimuntur, & ubique divulgantur quævis & ubivis facta publica. Idemque faciunt Historici à nemine propterea improbi. Quare sine injuria juxta receptam Doctorum sententiam contra Nonnullos, refertur crimen publicum alicui personæ ibidem id ignorant, etsi fortè numquam postea didicisset, eò quòd v. g. sit ab hominum consortio penitus se nota. Quæ utique habet fas discendi & audiendi quæ sunt publica. Idemque censent de extraneis ad locum adventantibus.

absoluta facti qui excuset.

Notant tamen varii Doctores (estque indubiè saltem saluberrimum consilium) abstinendum esse à relatione criminum alicubi publicorum in locis remotioribus, ad quæ facile non esset notitia perventura defectu commerciorum; quasi id foret saltem contra charitatem, si delinquens ibi sit, & putetur mansurus bonæ famæ (quæ est utique divisibilis) immo (ut Nonnulli addunt) etiam contra justitiam. Quòd tamen plures negant; ob absolutam carentiam juris ad famam. De quo vide *Lugo d. 14. sect. 6.* fusè excusantem hujusmodi narrationes, ubi vult fieri.

63. Publicitas secundum quid v. g. in Collegio non excusat.

Aliud est de crimine publico secundum quid & limitatè, v. g. in Monasterio vel Collegio: nam ibi publicum non potest etiam extraneis ad monasterium v. g. accedentibus referri (ut tamen possunt referri extraneis Loquium v. g. accedentibus, quæ sunt ibi publica) nam communitas ista, veluti quædam persona ficta, retinere censetur notitiam istam tanquam propriè dictam secretam respectu aliorum. Sicut etiam Senatus potest habere quædam inter Senatores publica, respectu aliorum secreta.

64. Quid si infamis bonam vitam obliteraverit.

Quòd si antea infamis, postea bene vivendo famam bonam recuperaverit, censent Doctores plurimi, non posse crimen præteritum revelari, etiam sine injuria: etsi *Lessius* & alii dicant solum repugnare charitati. Ratio assignatur: quòd per hoc non tantum destruat fama vetus, sed & præsens, quam de jure præstat, eaq; velut inutilis reddatur. Secus fortè videri posset, si fama noviter acquisita posse relinqui intacta; vel si crimen necdum esset obliteratum. Alioquin supposita perfectà oblivione, censet omnino *Lugo sup. n. 83.* crimen rursum redire ad pristinum statum occultum; veluti si Deus illius memoriam è cordibus hominum

minum miraculosè abstulisse; quo casu propalans, videretur injustè agere. Excipit tamen crimen publicum per sententiam, etià quoad ipsam personam (scilicet si persona v. g. larvata esset punita publice) eò quòd facultas divulgandi per judicem semel concessa adhuc irrevocata maneat.

65. *An factum injussum publicum ulterius citra injuriam spargatur.*  
 Petes I. An si crimen proximi per injuriam factum sit publicum, possit ulterius spargi citra injuriam? Resp. Si falsum sit crimen, indubiè non posse, sed quemvis teneri ad restitutionem, cum jus innocentis ad suam famam maneat integrum quòd omnes & singulos. Si verum sit crimen, adhuc non posse citra injuriam alterius spargi, censent *Petrus Navarra* & alii, eò quòd videatur primà injuriolà infamationis consimilis propagatio & continuatio. At rectius *Lessius c. 11. dub. 13. Lugo d. 14. sect. 5.* & plures alii contrahunt, eò quòd supposità publicatione quacumque cesset jus ad famam, utpote seposità innocentia fundatum in eo, quòd crimen sit occultum: quo titulo cessante procedit jus aliorum discendi publicam veritatem, & statum seu qualitatem alterius, ne accipiantur, & ut sciant, qui se cum eo gerere debeant. In praxi saltem non solet ad distinctionem istam attendi, sed solum an sit publicum; immo quâ ratione publicatum sit, plerumque posteriores divulgatores ignorant.

66. *An infamis de uno crimine possit infamari de alio.*  
 Petes II. An infamis in una materia possit ulterius infamari in aliis? Resp. I. citra gravem culpam posse infamatum de crimine principali ulterius de minus principali, vel de crimine ordinariè annexo infamari, v. g. dicendo de ebrioso, quòd fuerit rixatus cum uxore, quòd sit incurius circa familiam &c. quia non censetur nova aliqua infamia irrogari. Attendendum tamen an tale crimen ita sit conexum, ut non censetur notabiliter infamiam augere. Ita *Lessius sup. dub. 14. Malderus Tr. 7. c. 1. dub. 7.* & alii.

Resp. II. Infamatum de uno crimine infamare de aliis non connexis, est non solum contra charitatem, sed etiam contra justitiam. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia fama non est quid simplex, sed constat pluribus velut partibus diversæ rationis, quarum una sine alia retineri potest. Unde si auferat jus ad famam in uno genere virtutis, non ideo amisit in alio. Si quis tamen foret tam scelestus & infamis, ut appareat eum esse vacuum omni timore Dei & honestate, non videretur grave talem infamare de aliquo crimine, saltem inferiori; talis enim velut per omnem virtutis materiam amisit famam suam, ideoque ex relatu alicujus inferioris criminis vix censetur ejus infamia augeri.

## QUÆSTIO VI.

### De Restitutione Famæ.

67. *Obligatio restituendi famam.*  
 CERTUM est etiam in bonis famæ locum habere per se loquendo dictum *Augustini, Epist. 54. Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Et patet ex apertis principiis justitiæ commutativæ, quæ exigit, ut quisque ad æqualitatem habeat, quod sibi injustè ablatum est. Immo non est improbabile aliquid judicio prudentis debere specialiter restitui pro eo, quòd alter tanto tempore caruerit odore bonæ famæ, & subjacuerit factori infamæ; eò quòd videatur damnum hoc æstimabile, nec satis per restitutionem famæ compenlatum. Communis tamen sententia & praxis hanc obligationem non agnoscit, neque videtur infamati hujusmodi compensationem exigere. Videri potest *Molina Tr. 4. d. 42. Lessius c. 11. dub. 17. Lugo d. 15. sect. 2.*

68. *Et damnum infamationis non infamatiois consequntur.*  
 Neque sola damna famæ, sed etiam alia damna interdum falsam infamationem, adeoque actionem iniquam consequentia sunt integrè reparanda, juxta Doctores communiter. Non quidem quanti officium v. g. vel beneficium jam obtentum valeret (nisi quis fortè obtento ideo privatus fuisset) sed quanti valebat spes obtinendi. Idemque eadem de causa Doctores passim censent, & verius putat *Lessius c. 11. dub. 19.* de injusta patefactione criminis veri (quod tamen non reddat ipsum officio indignum seu inidoneum) nam qui dat causam damni, damnum ipsum dedisse videtur: et si *Soto* apud *Lessium sup.* (qui putat non improbabile) censet solum partem compensandam arbitrio boni viri, eò quòd damnum carentiæ officii non tam proveniat à manifestatione, quàm ab ipso crimine. Vefam manifestans moraliter est causa, cur hic & nunc ratione criminis consequantur damna; cum aliokin crimen occultum sit, quasi non esset.

69. *Obligatio restituendi famam.*  
 Obligatio porrò restituendi famam (soccus est de damnis realibus, si quæ consecuta sint) veluti merè personalis instar obligationis voti, non afficit heredes; qui similiter non tenentur reparare honorem alterius à defuncto læsum. Ad heredes enim solum transeunt jura & bona externa, solaque debita in illis. Unde etiam si ipse heres defunctum infamasset, teneatur non obstante beneficio, vel jure successione famam reparare: neque possunt heredes super jure defuncti ad famam transigere. Quamvis sicut actionem injuriarum à defuncto ceptam possint prosequi, aut etiam inchoare, sic possit infamam ad redimendam vexam cum ipsis transigere dato pretio pro defiscentia ab actione in foro externo. Si autem heredes ex infamatione defuncti etiam foret injustè passi in sua fama, eatenus his quo-

his quoque deberetur reparatio. Denique isdem facienda compensatio damnorum realium, si quæ secuta sint, & infamatus jam obierit.

quivocatio seu amphybologia prudenter miscenda. Quod si congruus restituendi modus non appareat, impossibilitas excusat à restitutione.

Si crimen falsum fuerit impostum, per se loquendo opus est revocatioe, etiã (si opus) probanda per testes, aut juramentum; ut sic nimirum efficaciter tollatur datum datum, ad quod iustitia obligat. Quare etiam cum famæ propriæ (nisi forte excusatus valde notabilis obligationem suspendat) præiudicio tenetur quis famam alterius sic ablatam restituere. Rectè autem facit detractor, si in ponderata restitutionis obligatione & modo consideret, quid secundum ratione vellet sibi fieri ab alio, si ab eo in simili rerum statu & circumstantiis læsus foret. Hæc enim regula est cõformis, uti charitati, sic iustitiæ.

Et quidem debet fama per se loquendo (etsi moralis impossibilitas exculare possit) restitui juxta communem sententiam non tantum apud immediatos auditores, sed in horum defectum etiam apud alios, quibus hi crimen præsertim, falsum manifestarunt, veluti causa moralis mediata etiam istius damni dicitur, nisi forte stipulatio silentii prævia fuerit, aut moraliter certò supposuerit referens auditorem non divulgaturum, quasi damnum istud tunc censetur non prævisum sed fortuitum. In qua inadvertentiã, vel ulterioris divulgationis consequentis ignorantia, aut in impossibilitate morali, aut quia supponitur, reparatione facta apud auditores, hos in se suscipere munus ulterius reparandi apud auditores suos, fundari potest praxis conformis oppositæ sententiæ, quam è nostris tenent *Faber 4. d. 15. q. 3. d. 53. c. 1. n. 37.* (ut refert *Lugo d. 15. sect. 2.*) *Poncius disp. 52. q. 8. n. 46.*

Non tenetur tamen in bonis altioribus pati jacturam v. g. vitæ aut membrorum; ut satis patet. Idemque Doctores passim censent de jactura bonorum inferioris ordinis, scilicet fortunæ: quemadmodum pro vita non debent restitui aliqua bona famæ aut pecuniæ. Eè videtur consonum praxi. Varii nihilominus censent locum esse pecuniariæ (quam circa pauperes suadet æquitas) compensationi. Quare à fortiori locus esset hujusmodi transactioni in ordine ad redimendã obligationem restituendi (quod etiam admittit *Lessius c. 11. dub. 25.* quando scilicet restitutio est possibilis; ad impossibile enim nõ est obligatio) uti & pro cessione actionis injuriarum (si illa competat infamato) possit quis aliquid pacisci.

A restitutione excusat in primis, si re ipsa non sit damnus infamæ subsecutum, v. g. quia infamator erat nullius fidei (quod sæpè accidit) vel quia audietes similia sciabant, sic ut infamia non sit moraliter aucta. Item si crimen aliunde factum sit publicum citra detractoris influxum; vel si fama aliunde sit recuperata; vel infamia prudenter existimetur abiisse in oblivionem.

H h Ubi

70. An infamatio circa formalem culpam facta obliget ad restitutionem.

Concernit etiam obligatio restituendi, si absque notabili incommodo proprio fieri possit, illum, qui inculpabiliter alter detraxit, v. g. inadvertenter, aut supponens esse certum & publicum; idque non solum ex officio charitatis, sed probabilis quoque ex iustitia; veluti quis adhuc detinens rem alienam, seu in sua potestate constitutã. Quem admodum etiam qui ex errore dixit falsum testimonium, tenetur, si commode potest, ex iustitia, errorem deprehensum revocare; aliàs censetur injurius, & in foro exteriori punibilis. Adde infamiam jugiter scopere instar incendii: tenetur autem quis causam incendii inculpabiliter positam, postquam adverterit, ex iustitia amovere, si commode possit.

71. An superior teneatur ad restitutionem famam per subditum injuriam ablatam.

Quæritur etiam specialiter, an superior in defectu subditi teneatur restituere famam per subditum injustè ablatam? Est autem verior responsio negativa, non solum si absente, sed etiam si præsentem nec impediens superiore fiat detractio, dummodo tempore suo infamantem cogat ad restitutionem debitam, aut infamato conquirenti jus dicat, infamatorumque puniat. Et quamvis ex iustitia vel officio teneatur superior hic & nunc impedire peccatum detrahentis subditi; id tamen intellige, in bonum spirituale ejusdem, non autem in bonum famæ infamati. Si tamen infamia redundaret in notabilem propriæ communitatis infamiam, admittunt Doctores passim teneri illam ex iustitia impedire, & non impediat in defectum principalis reparare; utpote non minus famam, quam bona externa suæ communitatis ex officio obligatum conservare.

72. Restitutio famam quam vitata.

Verendum nihilominus, ne restitutio debita sit justo rarior. Immo monet *Marchant To. 2. Tr. 11. Tit. 4. q. 5.* quod quamvis universum genus hominum hoc pessimo vitio linguæ sit plenissimum, paucissimi sint, qui debite illud æstiment, pauciores qui debite de illo conterantur, vix ullus, qui famam restituat.

73. Quis restituendi modus in crimine vero.

Modus autem restituendi famam pro foro conscientie relinquitur judicio prudentis viri aut confessarii, attentis omnibus circumstantiis formando. Et quidem si detractor vera imposuit, non debet dicere se esse mentem, ut Doctores passim notant. Proinde assignant Doctores alios modos, v. g. dicendo se malè & iniquè dixisse, proindeq; rogare, ut malam opinionem deponat (quod apud simplices usu venire, apud alios nocere possit) vel extenuando veritatem dictorum, quod nempe non sit facile fides similibus relationibus, plerumque falsis, adhibenda; vel læsum aliunde laudando, beneficioque, promotione honorificã, aut simili officio contrario præveniendõ. Quibus addi potest æ-

Herincx Sum. Theol. Pars III.

74. Quis in crimine falso.

Nota.

75. An restitutio facienda etiam apud auditores mediatos.

76. An facienda cur. jactura in bonis alterius ordinis.

77. Excusantia à restitutione.

An iaculo  
refriganda  
memoria, si  
delictum sit  
oblivioni  
traditum.

Ubi advertendum tali casu perumque nocere potius reformationem criminis manifestati, præsertim si veritas sit. Ut proinde criminis veri memoria plerumque renovanda non sit. Quia tamen periculum esse potest reviviscentiæ, prudens arbitretur, quid fieri expediat hic & nunc, præsertim si falsum fuerit crimen impositum. Præterea excusat restitutionis impossibilitas, aut si fieri nequeat sine periculo vitæ. Ad-  
dit *Lessius c. xi. dub. 26.* *Clericus* ita sentire *Covarruvias, Soto, Cordoba, Toletum & alios,* periculum amittendæ famæ, quæ sit longè majoris momenti. Quod tamen negat *Wiggers c. 2. dub. 4.* eò quod debitum pecuniarium ex delicto sit etiam cum longè majori detrimento restituendum (etsi possit ad tempus differri) si non sit spes aliter ipsi posse restitui. Item excusat iusta condonatio, facta nimirum ab eo, cuius iniuria non redundat in alios. De quo vide *Lessium sup. dub. 24.*

78.  
Compensatio quæ excuset.

Denique excusat compensatio; ut si ab eo, quem infamasti, sis pari modo infamatus juxta *Lessium dub. 25.* & alios passim; eò quod etiam per reciprocam infamiam non tollatur damnum per te illatum, sicut per incensionem domus tuæ non reparatur damnum à te illatum per combustionem domus alienæ (secus quàm debitum pecuniarium tollitur per alterius reciprocum & æquale debitum) tollatur tamen debitum satisfaciendi, propter compensationem, donec nimirum alter velit suum quoque damnum reparare. Ut proinde hic suo modo locum etiam habeat quoddam (ut dicitur c. *Tua fraternitas de adult.*) paria crimina compensatione mutua deleantur. Quamvis si absit mutuus consensus seu conventio, peccet, qui ex sua parte non vult restituere dum potest. Quamvis item propter infamiam tibi irrogatam, non sit fas, utique te ipsum vindicando & meum pro malo reddendo, alterum pariter infamare (uti nec incendere aedes alterius, qui tuas incendit) nisi forte defectus alieni exceptione possis te, & non aliter, ab infamia protegere, seu illam avertere.

## QUÆSTIO VII.

### De Restitutione Honoris.

79.  
Quibus modis ledatur honor.

Quid Convicium, Improperium, Irrisio, Sublannatio, Illusio.

HONOR læditur conviciis, improperiis, irrisione, illusione, sublannatione, insultatione alapæ, similibusque signis contumeliosis seu vilificativis, sicut enim per signa excellentiæ præstativa alterum honoramus, sic per opposita, quibus vilitatem, nostrumque erga alterum contemptum testamur, eum in honorem. Improperium superaddit convicio, quoddam defectus alteri in faciem objiciatur, cum convicium (quod alioquin variè sumitur) possit etiam in absentia proferri, alterum v.g. appellando furem,

nequam, sperium, gibbolum &c. Irrisio est, quando quis risui aut ludibrio exponitur, sive in præsentia, sive in absentia. Quæ si fiat motu membrorum corporis, puta nasi vel capitis, dicitur sublannatio. Ludibrium denique deceptivum dicitur illusio; quam passus est Christus velatus à ministris cum cædentibus ac dicentibus, *Prophetia &c.*

Aliud autem est lædere alterius honorem seu dignitatem, aliud omittere honorem alteri debitum: illud enim est contra justitiam, hoc autem per se tantum est contra observantiam. Dico per se; quia si pura omissioni conjuncta sit contumelia interpretativa, erit etiam contra justitiam; ut si aliis honorantibus prælatum prætereuntem, unus sine ullo honoris signo eum impudenter respiciat.

Quando itaque contumeliæ sive inhonorationi juncta est diminutio famæ seu existimationis, ipsa indubiè est redintegranda. Immo quamvis existimationi apud alios nihil decesserit, neque aliud damnū sit illatum, v.g. quia occultè fuit honor læsus, adhuc est communis doctrina, esse obligationem restituendi; abstractendo à questione de nomine, an sit decedenda restitutio (ut Plures loquuntur) an potius satisfactio, ut alii. Ratio assignari solet, quod ex inhonoratione præterita censeatur damnum remanere, donec satisfactio præstetur, aut per vindictam legitimam compensetur. Labes enim quædam per contumeliam dignitati alterius irrogata censeatur eo usque permanens, ob quam proinde inhonoratus interea contristatus & offensus manet. *Molina* tamen *Tr. 4. disp. 46.* contendit, non relinqui peractâ inhonoratione propriè aliquod damnum restitutioni obnoxium; supposito quod existimatio manserit integra. Nihilominus reparationem, quam alii Doctores specificant esse necessariam, ipse *Molina* non negat. Neque negare potest: nam esto aliud non remanserit damnū, saltem est verè illata injuria; quæ saltem satisfactionem postulat, si nolis vocare restitutionem.

Fit autem hæc restitutio seu satisfactio per quandam reverentiæ exhibitionem, ac debitam alterius excellentiæ recognitionem, per quam censeatur ipsa restitui loco pristino. Estque ille modus adhibendus, quo prudentis iudicio censeatur satisfactum honori violato. Qui quidem modus juxta diversas condiciones offendentis, offensis, ipsiusque offensionis est diversus. Unde plures sunt assignari, nempe honorifica & amica salutatatio, invitatio ad mæsam, celsio loci honorifici, aut expressior culpæ recognitio, veniæque petitio. Qui quidem est efficacissimus satisfaciendi modus respectu superiorum, & interdum pro exigentia injuriæ etiâ respectu æqualium adhibendus, videturque saltem regulariter sufficiens in foro conscientiæ, si fiat coram illis, coram quibus irrogata est contumelia, tametsi offensus veniam negaret. Posset

82. Specialior humiliatio an inter. dum debita ante sententiam iudicis.

Possit nihilominus injuria viro, v.g. nobili illata esse tam atrox, ut major humiliatio, v.g. venia petito flexis genibus, aut fune ad collum ligato, censetur necessaria ad aequalitatem satisfactionis, ut fateatur etiam Lessius e. 11. dub. 27. etsi censetur ad hunc non obligari alterum ante sententiam iudicis, quasi jure Gentium receptum sit, non teneri quemquam sponte etiam pro gravissimis injuriis, nisi ad venia petitionem cum signis doloris. Hoc tamen universim acceptum negat Rebel-lus, ut citat & sequitur Lugo sup. num. 57. ed quod satisfactio ad aequalitatem debita ex natura rei, non exigit sententiam iudicis. Ad veniam tamen petitionem non tenentur saltem ordinari superiores respectu inferiorum (idem solet dici de nobilibus respectu omnino plebeiorem: qua in re attendendus quoque usus locorum & sensus

communis) ad eis satisfacere possunt aliis modis praemissis juxta prudens arbitrium. Unde Augustinus Epist. 109. Monialibus praescribens regulam docet, non exigi a superioribus modum correctionis in verborum duritia excedentibus venia petitionem, ne dum nimia seruetur humilitas, regendi frangatur auctoritas, ut idem Augustinus ait.

Pro fine nota, quod si ipse offensus vindictam sumplet, v.g. vulnerando in faciem, a quo aliam acceperat, juxta communem opinionem & hominum usum (teste Lugo disp. 15. sect. 4. n. 59.) prius offendens ab ulteriori satisfactione est liber, siue quod offensus videatur hanc remittere, ac pro ea vindictam illam acceptare, siue quod patiens toleratio hujusmodi vindictae censetur in prius offendente sufficiens signum recognitionis prioris culpa.

83. Sumptio vindictae an excuset prius offendentem.

DISPUTATIO OCTAVA.

De Injuriis in bonis Fortuna ac Restitutione.

QUESTIO I.

Quid Furtum, An & Quando sit grave Peccatum?

1. Quid Furtum.



Dico I. Furtum est occulta acceptio rei alienae, invito domino; subintelligit, rationabiliter. Unde non committit furtum, qui in extrema necessitate auferat rem alienam, licet dominus dissentiat: quia est rationabiliter invitatus. Sub acceptio-nem hanc comprehenditur detentio, quae est instar acceptio-nis: quia acceptio & accepti detentio moraliter censentur eadem actio. Per hanc partem excludi potest damnificatio, quam absque proprio consensu quis alteri infert; ut dum quis domum alterius, etiam occulte, incendit: quia non est tam acceptio, quam destructio rei alienae. Unde nec talem solent nomine furis homines appellare.

Damnificatio circa commodum damnificatio impro-prie fur-tum.

2.

Quid Rapina.

Iniqui Contractus qui differant de Furto.

Debet autem acceptio esse occulta, scilicet ex intentione accipientis. Unde si quis rem alienam auferret domino quidem vidente, sed hoc auferens ignoraret, committeret furtum, non rapinam. Rapina siquidem est violenta acceptio rei alienae domino invito, videlicet sciente & vidente ipso, & quantum in se est reluctante. Et hinc excluduntur iniuste accipientes peruluram & alios iniquos contractus, qui proprie non vocantur furta, cum in re nihil sint meliores: in iis enim non intendit contrahens auferre aliquid domino nesciente, et si non cupiat iniustitiam contractus ad-

Herincx Sum. Theol. Pars III.

verti, sed rem domini sibi vendicet sub specie justitiae, cum fraude circumveniend. Unde hos contractus quidam vocant furta fraudulenta, sicut rapinas furta violenta. Furtum autem proprie & simpliciter dictum vocant occultum.

Sic dicantur furta fraudulenta. Rapina, violenta; proprie dicta, occulta.

Suntque omnia (sicut & quaevis alia damnificatio iniusta in bonis proximi) prohibita per praecceptum Decalogi: Non furtum facies; ubi prohibetur quaelibet iniusta ablatio rei alienae invito domino, omninoque; damnificatio proximi in bonis fortunae, juxta communem interpretationem; signanter juxta Augustinum q. 71. in Exodum dicentem: Furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienae. Non enim rapinam permittit, qui furtum prohibuit; sed utique a parte totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi auferatur.

3. Omnia prohibentur per illud: Non furtum facies.

Petes, quomodo differat Plagium a furto? Resp. crimine plagi teneri, qui dolose liberum hominem invitum rapiunt, emunt, vendunt, celant, vindictum habent; aut etiam servum alienum siue ancillam dolo malo abducunt, vendunt, emunt, celant, retinent, coeunt, ut videre est ff. ad L. Fabiam, de plagiariis. Unde non coincidit cum furto: cum hominis liberi, veluti non habentis dominum a quo possidetur, non sit furtum. Crimen tamen plagiatum commissum circa servum, vel ancillam, cum is censetur pecunia domini seu heri, & possideatur veluti bonum fortunae, est verum furtum, dum scilicet abducitur animo illum lucrificandi, seu causa utilitatis temporalis, quae utique ad dominum spectabat.

4. Quis Plagium, & qui differat a Furto.

Dico II. Furtum est ex genere suo peccatum

*Furtum est ex genere suum mortale. Patet ex 1. ad Cor. 6. Neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt; & aliis Scripturae locis.*

*Levis materia facti, ut sit veniale.*  
Dixi ex genere suo: nam parvitas materia exculat à morte, non tamen ab omni peccato. Unde furtum cuiuscumque rei levis est veniale, si revera furtum sit, id est, si fiet domino rationabiliter invito: estque restituenda res, si presumatur dominus id velle, ipsaque possit sine magno sumptu vel molestia restitui.

*Nota pro praxi.*

Frequenter tamen fit, ut committentes parva furti habeant animum majora committendi, si adesset occasio: ideoque subinde, immo sæpè penitentes de hoc examinandi sunt: nam ratione malæ intentionis tunc peccant mortaliter, parati ac desiderantes auferre tantum, quantum invenire aut accipere potuerint.

*6. Que gravis materia furti.*

*Prima opinio refertur & probatur.*

In determinanda autem gravi materia furti seu sufficienti ad mortale, mirè variant Doctores, qui in duas classes generales dividi possunt. Una, est eorum, qui satis probabiliter censent taxationem istam esse faciendam attendendo solum, quæ quantitas in bonis fortunæ communi & morali iudicio æstimetur notabilis, sine respectu ad diversa genera personarum, sed nudè & simpliciter, eò quod gravitas peccati in furto propriè dicto æstimanda sit ex affectu possidendi rem alienam, utique notabilem, domino simpliciter invito, si ve is parvum, si ve magnum incommodum inde sentiat. Quod autè dominus rei dives sit, vel pauper, non facit ad gravitatem injuriæ, sed ad majorem læsionem charitatis.

*7. Varii eam defendendi modi.*

*Opinio stans in auro.*

*Opinio stans in floribus.*

Quo posito censet *Wiggers Tr. 3. c. 1. dub. 2.* improbable, esse mortale furtum medii regalis (Regalis autem apud Hispanos est, quod apud Italos Julius, apud nos Solidus, vulgò schellingus) aut integri, aut unius cum medio, aut duorum regalium (quod *Varii* variè senserunt) eò quod talis summa non possit censerì simpliciter & sine respectu ad miseriam personalem quid notabile in bonis fortunæ. Quare consentit illis Doctoribus qui existimant ad notabilem quantitatem in furto requiri suos vel ad minus unum aureum (quod postremum non omnino displicet) seu scutum italicum, aut tres florenos brabanticos, vel aliam rem istius valoris, in locis, ubi ea est pecuniarum abundantia, qualis hodie in nostris & vicinis regionibus; moraliter, non præcisè id accipiendum, us non censetur mutari quantitas, etsi forsitan aliquot stuseri sint minus. At ubi foret ea raritas, qualis etiam olim hic fuit, dum modius frumenti æstimabatur regali cum medio, vel duobus regalibus, potuisset sufficere etiam unus regalis. Unde Auctores similibus temporibus seu locis scribentes, non tam improbabiler, ac primà facie apparet, regalem, aut etiam medium pro materia gravi furti posuerunt.

Mutis tamen taxatio unius aurei apparet

nimis excessiva: quibus proinde placet non improbabiler taxatio mercedis diurnæ honesti operarii, vel unius floreni: eò quod similiter res notabilis videatur, quæ mediante potest honesta persona sibi provide- re de victu diurno.

Fatentur quoque omnes, furem (nisi inculpabiliter non præviderit) graviter sæpè delinquere, auferendo res etiam minoris aut quasi nullius pretii, si dominus pauper inde conjiciatur in magnas angustias, v. g. famis, vel in alio genere damnificationis externæ, si auferendo à mechanico v. g. acum, subulam, vel aliud instrumentum necessarium, faceret cum dietas suas perdere. Unde si fuisset imposita excommunicatio, aut reservatio contra mortale furtum, talis non teneatur censurâ aut reservatione, veluti qui non commisit grave furtum propriè loquendo.

Secunda classis eorum est, qui cum *Joanne Medina* probabiliter sentiunt materiam gravem furti statuendam esse prudentum iudicio pro varia personarum, locorum, & temporum qualitate ac singularum rerum æstimatione: eò quod in genere illa materia sit gravis, cuius ablatione immediatè, seu seclusis extrinsecis, censetur inferri nocumentum notabile domino rationabiliter invito: nocumentum autem & consequenter dissensus domini sit non idem in omnibus. Quod consequenter specialius determinando plures statuit pro materia gravi unum aureum (aliqui duos) respectu hominis prædivitis, quatuor regales respectu medio- criter divitis, duos respectu mechanici, unum denique, vel medium regalem respectu pauperis. *Lugo d. 16. sect. 2. n. 28.* assignat aureum respectu magnatum, sex vel septem argenteos respectu divitum, quatuor respectu artificis, ordinarium stipendium diurnum solitoris respectu pauperum. Alii denique non improbabiler statuunt valorem victus ordinarii & decentis unius diei comparativè ad personam à qua quis furatur. Quod enim quisque impendit decenter in sustentationem propriæ personæ censetur respectu ejusdem notabile, æstimateque graviter sensibile, si auferatur. Quamvis autem videri possent pauciores rei esse quid modicum respectu regis potentis, tamen consideratis illius oneribus meritò censetur quod grave. Essetque ci valdè perniciosum in tanta furum (qui Reges deplumant) multitudine, si singuli-citra gravem culpam possent aliquot aureos à regibus furari.

In hac sententiarum varietate, ac rei obsecuritate, in qua quilibet in suo sensu abundat, difficile est determinatum iudicium. Ipsi quoque fures diversam sæpè conscientiam forçant: quæ videtur in hac dubietate non parum attendenda.

Circa furti filiorum quoque advertunt Doctores passim, requiri materiam majorem: quam aliqui duplo majorem statuunt; aliqui

*num vel mercedem diurnam operarii habet.*

*8. Qui graviter interdam delinquit, qui possit etiam ablatione rei minime.*

*9. Secunda opinio principalis.*

*Variis illam explicant.*

*10. Quid sit censenda, dum pro praxi.*

*Quid sit ea furia filiorum.*

Quest. I. *Quid Furtum, An & quando sit grave Peccatum.* 357

aliqui respectivè ad qualitatem seu facultates parentum. Et quidem *Lessius cap. 12. dub. 13.* censet, filium à parente prædivite duos vel tres aureos accipientem non esse condemnandum peccati mortalis, præsertim cum parens sæpè non sit multum invitus, eique potius modus, quam substantia displiceat. Facilius autem præsumi potest non exigere restitutionem; præsertim dum filius aliqua subripit, necdum habens peculium sui juris.

11. Parva furtiva coalescunt etiam quoad substantiam di-versis.

Petes I. An vel quando quis graviter peccet furando modica? Resp. cum communi Doctorum sententia peccare mortaliter, tam eum qui intendit paulatim minutis furtis notabilem summam sive ab eodem, sive à diversis eripere, quam qui ex occasione talia furta committit, quando advertit se jam ad notabilem summam pervenire. Prior enim intendit accipere, posterior autem incipit detinere rem alienam in notabili quantitate domino vel dominis invitis; hoc autem sufficit ad constituendum furtum mortale; quidquid sit de incommodis, quæ aliis inde obveniunt. Deinde, etsi, dum illa parva furta sunt à diversis, nemo in particulari, ipsa tamen communitas graviter læditur; adeoque multis inferre parvum damnum, perinde est, ac uni inferre magnum. Quare plures damnificati constituunt moraliter communitatem graviter damnificatam. Et planè nisi hoc similive modo sentiamus & loquamur, aperiretur plurimis aditus discedendi ex alieno sine scrupulo peccati mortalis; quod utique rationi nimis dissonum, generique humanano nimis perniciosum esset.

12. De quibus specialiter idem conser-matur.

Confirmatur specialiter de furtis minutis, quæ ab uno fiunt quoad diversos (idemque à fortiori evincitur de iis, quæ fiunt ab uno & eodem respectu ejusdem domini) quia communi hominum iudicio graviter peccant caupones vel mercatores, qui utuntur mensuris aut stateris dolosis, etsi modicum quid singulis vicibus defraudent, & quidem à diversis. Unde *Deuteron. 25.* dicitur abominari Dominus Deus eum, qui facit hæc, & aversari omnem injustitiam. Et *Prov. 11.* dicitur: Statera dolosa abominatio est apud Dominum. Vide etiam *Levit. 19.* & *Michee. 6.*

13. Eonsoni quidam occurrunt.

Nec dici potest cum *Pancio d. 52. q. 9. n. 50.* (ubi cum paucissimis censet furta minuta non coalescere in unum grave, dum modica diversis surripiuntur) stateram dolosam usurpari non sine gravi peccato, eo quòd ex natura rei quilibet sit expositus ad perdendum aliquid grave, quia videlicet periculum est, ne iisdem emptoribus sæpè redeuntibus paulatim subrepta fiant quid grave. Nam certè Scriptura vel sensus communis non considerat præcisè istud periculum. Neque enim dubium, quin graviter peccaret, qui pro solis peregrinis frequenter adventantibus, & vix redeuntibus ute-

*Herincx Sum. Theol. Pars 111.*

retur stabiliter mensurà vel staterà dolosà: aut à singulis & frequentissimis viatoribus extraneis exigeret pro prima vice injustum pelagium.

Notanda verò differentia est inter eum, qui ex prava intentione, & cum qui ex vera occasione, plura modica furatur, quòd prior ob pravam suam intentionem peccet mortaliter ab initio, & quodlibet ejus minutum furtum, etsi intrinsecè veniale, fiat mortale denominatione extrinsecà, quatenus procedit ab intentione mortali, estque ejus partialis executio: posterior autem solum peccet mortaliter, quando committit ultimum furtum, non præcisè quatenus illud secundum se consideratur, sed quatenus habet ordinem ad alia præcedentia, sicque advertenter (quod notandum) detinere incipit alienum in notabili quantitate. An autem mortalis culpa consistat in ipsa ultima acceptione quæ moraliter junctà præcedentibus, in quantum acceptio est (ut plures non improbabiler censent) an in quantum præcisè detentio (ut alii) vix ad praxim conducit.

14. Differentia inter auserentem modica ex occasione, & ex intentione.

Notant tamen Doctores communiter majorem requiri quantitatem ad peccatum mortale, quando quis furatur minuta à diversis, quam quando ab uno: item dum longis intervallis per parva furta alicui sua tollit, quam dum brevi tempore rursus quando id facit per occasionem & quasi fortuito, quam dum ex industria: minus enim domini tunc sunt inviti, neque pro tam injuriola ablacione eam reputant. Cumque domini sæpè talia furta, rebus nimirum consumptis, nolint sibi compensari, non semper sunt ejusmodi fures urgendi sub gravi peccato ad restitutionem, præsertim si indigentiores sint, ut ait *Molina Tr. 2. disp. 689.*

15. Qui requiritur major materia.

Addunt insuper Doctores furta esculentorum, & poculentorum, quæ ab ancillis seu famulis committi solent, non esse ordinariè peccata mortalia, etsi sensim perveniant ad notabilem quantitatem, modo sint talium, quæ non solent accuratè concludi, & tantum auferant, ut ea ipsi consumant: domini enim tunc non sunt omnino invitati, potiusque eis displicet accipiendi modus, quam ipsa acceptio: multoque minus celsentur vel restitutionem. Secus est, si ea auferant ut dividendam, aut cum aliis dilapident. Vide *Lessium c. 12. dub. 8.*

16. Furta famulorum.

Petes II. An quantitate gravi completà sit gravis obligatio restituendi totum ablatum; an verò solum pro ea parte, quæ concluditur intra terminos materiæ quatenus gravis, v. g. an si materia gravis physice infima esset florenus, sufficiat ad tollendum grave peccatum (ad levi non est dubium: cum usque ad apicem debeat restitui alienum volente domino) restituere unum stufferum, vel illam præcisè quantitatem, quæ facit, ut materia non maneat

17. An tollenda gravi culpa sufficiat restitutio materia quæ parte est gravis.

gravis? Resp. posterius sufficere: quia materia inferior sicut posset restituta de novo auferri sine gravi peccato, sic ab æquali vel fortiori ablata non restitui. Non debet tamen materia gravis considerari præcisè respectu unius furti, sed respectu omnium, quibus aliquis est implicatus: ut proinde qui furatus esset à sex diversis, & quidem à singulis summam gravem in infimo gradu, sit graviter obligatus tantum singulis restituere, ut tota summa residua, habitâ consideratione pluralitatis damnificationum, non sit materia gravis furti.

18. *Qualiter peccent plures quorum singuli ab eodem modicum surripunt.*

Petes III. An quando plures uni perminuta furta grave damnum inferunt, v. g. dum multi vineam prætereunt, & singuli unam vel duos botros carpunt, singuli peccent mortaliter? Resp. si id faciunt communi consilio peccant mortaliter, & tenentur singuli ad restitutionem in solidum, saltem si sine eorum vel aliorum simili consilio damnum illatum non fuisset: quia singuli non tantum exequuntur damnum secundum partem, sed etiam cooperantur ad totum. Si autem id casu fiat, ita ut alter alterius non sit conficius, singuli solum venialiter peccant, & sub veniali tenentur restituere: nam singuli sunt tantum causa parvi damni. Immo ob eandem rationem hoc probabiliter juxta *Less. c. 12. dub. 9.* & alios verum est, etsi sciant alios accipere, modò non sint illis causa capiendi suâ adhortatione vel exemplo: ed quòd singuli non nisi modicum damnum inferant citra mutuum cooperationem. Nec scientia præmissa magis facit gravem esse injuriam, quam in eo, qui sciens ab aliis ablato novemdecim, auferret vigesimum nummum, seu modicum, quod compleat junctum ceteris gravem materiam. Unde etiam sequeretur graviter peccare, quicumque modicum auferat à Rege, utpote à quo novit plura per alios auferri. Res tamen difficultate non caret, ut videre est apud *Wiggers c. 1. dub. 5.* ubi cum aliis oppositum uti verius præfert & probat.

19. *An fur continuò peccet, donec restituat.*

Petes IV. An fur potest restituere, peccet continuò, donec restituat? Resp. Aff. continuò scilicet prius peccatum, ed quòd continuò lædat proximum, detinendo rem ipsius, ac impediendo, ne eam possideat. Quemadmodum continuò peccat homicidii peccato, qui hominem carcere constringit, ut fame enecet, donec adhuc viventem liberet, dum potest. Confirmatur quia etiam restitutione factâ, manet peccatum habituale furti, donec penitentia justificativa adhibeatur; ante restitutionem verò peccat aliter, quam post ipsam, nondum deletâ maculâ peccati. Qui autem interrumpatur per somnum, per alias occupationes naturalem inconsiderationem causantes, per propositum restituendi, colligi potest ex dictis in *Tract. de Act. Hum.*

*disp. 5. de Peccato in communi q. 7.* ubi de distinctione numerica peccatorum. Vide *Lessium c. 12. dub. 3.* *Wiggers c. 1. dub. 7.*

Petes V. An liceat occultè rem suam sibi vindicare? Resp. si quis rem suam, aut sibi certò ex justitia debitam occultè recuperet, non tenetur quidem ad restitutionem, quia non detinet alienum, aut alteri ex justitia obstructum: peccat tamen, nisi certæ conditiones adsint, quia facit præjudicium publicæ potestati (quæ ad hoc constituta est, ut jus cuicque suum tribuatur) dum juris ordine prætermisso ipse sibi usurpat rei suæ judicium.

Dixi nisi certæ conditiones adsint: his enim positis licitum est rem suam occultè recuperare, & pro debitis compensatione uti. Conditiones sunt, ut res moraliter certò tibi sit ex justitia debita, ac injustè ab altero detenta, nec eam possis aliter adipisci, saltem sine notabili molestia vel expensis, aut amissione benevolentia & favoris, & veatur quoque periculo iterandæ solutionis, ac denique non sit periculum scandali aut infamiae, ne videlicet tamquam fur habearis & puniaris. Non oportet autem esse facilem ad occultas compensationes ingerendas aut practicandas: tum ob incommoda & periculum frequentis abusus (persæpè enim prætextitur, dum non adest, certitudo debiti justitiæ, aliæque conditiones) tum quia talis compensandi modus est in jure valde odiosus. Estque consuetum, ut simili compensatione uti cupientes, serò ac sepositis affectibus conscientiam suam coram Deo interrogent, num in simili occasione illam cuperent circa semetipsos ab aliis fieri.

Petes VI. An domino liceat interdum per vim recuperare rem suam ab iniquo detentore? Resp. Neg. quando suppedit alius recuperandi modus; immo juxta *Soto* & alios (estque suadendum regulariter in praxi) etsi non suppetat, puta defectu testium, ob malitiam judicis &c. nisi forte (quod etiam *Soto* admittit) res publicè sit adeo perturbata, ut nemini pateat via justitiæ. Itaque si ob reipublicæ perturbationem non possit aliter recuperari res tua in specie extans (hoc enim necessariò requiritur juxta *Lessium c. 12. dub. 11.*) non improbabilius licitum est juxta eundem *Lessium* vi factâ domum ingredi, adeoque eam aperire, indeque rem tuam extrahere, ad quam recuperandam jus habes. Quod etiam licitum censet *Malderus Tr. 4. c. 1. dub. 6.* quando res aliter per magistratum recuperari nequit, si hæc fiat absque turbatione reipublicæ & scandalo, absque periculo majoris incommodi.



QUESTIO II.

Quo modo Debeat fieri Restitutio Ratione Furti?

23. Restitutio faciendae, ac perfectae in damnis sui domini.

Dico I. Fur generaliter tenetur ea ratione restituere, ut dominus ex iniqua acceptione nullum patiatur detrimentum, sed per restitutionem accipiat sine diminutione quod ablatum, est; aut si non extet in specie, solvatur æquivalens vel pretium, in quo nimirum quantum tunc fieri potest perfectissime id quod ablatum fuerat, reddatur. Paret: quia sic, & non aliter tribuitur injuriæ passio sui summi ad æqualitatem, qui ex inde nil minus habet in bonis suis, ac si damnificatio vel iniustitia non præcessisset.

24. Qualiter fur teneatur prestare casus fortuitos.

Dico II. Ordinariè tenetur fur restituere pretium juxta Doctores communiter; etsi fortuito & sine omni nova culpa res furtiva apud eum pereat; idque ratio ne iniqua acceptio, quæ facit, ut semper sit in mora; calculusque fortuitus ei imputetur. Si tamen moram purgasset, offerendo scilicet rem domino, qui commiserit ei custodiam usque ad aliud tempus, non teneretur ex casu fortuito, sed quomodo depositarius.

25. An teneatur, si res certis simili casu eras apud dominum peritura.

Dico III. Si res aliena perierit apud injustum detentorem, sic ut iniqua acceptio ne quidem occasionem dederit, quia videlicet certò apud dominum erat simili casu, aut justa hostium incurfione peritura, v.g. equus moritur morte naturali, eadem certò apud dominum moriturus, domus malè possessa tangitur à fulmine, destruitur incurfione hostili, inundatione &c. juxta communem sententiam Petri Navarra, Lessii, Malderi & aliorum Theologorum doctrinam, non tenetur fur, saltem in foro conscientie seu ante sententiam ad restitutionem: eò quòd moraliter loquedo non fuerit causa istius damni per iniquam acceptioem, neque ex ea dominus quicquam novi detrimenti patiatur. Quod factum est in L. 14. ff. Depositi, ubi pro ratione decisionis allegatur, æquum esse, naturalem interitum ad actorem pertinere, usque cum interitura esset ea res, etsi restituta esset a forti.

26. Quæ non procedit, si non erat certus apud dominum rei interitus, vel si per injuriam erat peritura.

Quòd si res non erat certò sic peritura apud dominum, melior est conditio innocentis, cui in dubio debet restitui pretium, juxta omnes. Si etiam non erat peritura apud dominum, nisi per injuriam, fur præveniens indubiè tenetur, si tamen teneretur alter, per cujus injuriam res alioquin perisset; cujus obligationem aliàs secururam in se prior assumpsit, qui causam obligationis, videlicet damnum injustum, prior posuit. Dixi etiam in foro conscientie: nam juxta Covarruvias ad Reg. Peccatum p. 2. §.

6. num. 1. aliud est receptum in foro exteriori, nempe in poenam peccati.

Nonnulli tamen etiam in foro conscientie contrarium censent verius, ut nonnisi Poncius d. 52. num. 2. Wiggers Tr. 3. c. 1. dub. 8. referens Paludanum, furem scilicet teneri nihilominus ratione damni antea causati per rei ablationem, cui adhaeret obligatio restituendi; quemadmodum tali casu teneretur nihilominus emptor (qui non debet esse pejoris conditionis) solvere pretium. Ad quod tamen alii respondent, rem perire emptori vel domino. Sed contra instat Wiggers, non esse æquum, ut jus natum in furem vi furti, ad rem vel pretium ab eo recuperandum, magis pereat, quam jus ad pretium e contra emptorem vi emptionis. Ad quod alii respondere possent Neg. Aff. eò quòd æquum videatur, ut res pereat suo domino, nisi pereat per injuriam vel occasione acceptioem iniustam; eò quòd alias cesset causa damni.

27. Immo vatorum opinione nequidem in foro conscientie.

Petes, quid censendum, si res pereat culpa furis, certò apud dominum eo loco & tempore citra culpam peritura, v.g. si eam negligentia sua perdidit, vel vastaverit, five consumperit? Respondent Malderus, Lessius & alii non teneri similiter ad restitutionem, eò quòd res in tali statu considerata domino nullius sit pretii, non infert eam perimendo damnus efficaciter domino, aut saltem tam exiguum, ut pro nihilo reputari debeat; non secus, ac si bovem jam moriturum maceret, incendat segetes, quas videt mox eluvione evertendas, projiciat merces in mare equidem naufragio perituras, occidat equum certò à justo hoste abducendum &c. Factur etiam Wiggers sup. eum qui aufert, consumit, vel destruit rem, quam videt certò perituram domino, non exercere actionem injuriosam: eò quòd præsumi possit dominus tunc non esse invitus, aut dici non rationabiliter invitus; adeo ut possit secluso odio, invidia vel complacencia de malo proximi, id fieri citra gravem culpam. Secus censet in casu, quo destruenti justè imminens rei excidium non constabat. Quod etiam censet Petrus Navarra citatus apud prædictos Auctores: eò quòd non minus ex natura rei teneatur fur, quam ratione contractus depositarius, hic autem teneatur ex culpa, etsi res certò fuisset apud dominum peritura. Ad quod tamen respondet Lessius c. 12. dub. 15. depositarium ex contractu, adeoque ex justitia teneri ad salvandum depositum pro posse, etiam alio transferendo, non autem si constat interitum rei caveri non potuisse.

28. Quid si culpa furis res pereat, certò citra culpam peritura apud dominum eo loco & tempore.

Nihilominus omnes fatentur teneri furem restituere domino in quantum factus est ditior ex consumptione vel alienatione rei; eò quòd eatenus censetur adhuc

29. Quomodo tenentur fur, si falsus sit ditior.

*Vel alio loco aut tempore rem destruxerit.*

ipsa extare in æquivalenti, quod in locum rei successisse censetur, nec fur possit ex alieno ditescere. Si etiam fur peremerit rem alio loco vel postea, ubi vel quando citra culpam aliã non periisset, tenebitur ad compensationem; ut si vestis vicini percat apud furẽ post conflagrationem domus domini, in qua vestis fuisset simul combusta, nisi forte esset sublata: quia quando periculum transit, si res extet, incipit iterum domino valere, quia ipse manet, ergo si casu perit, fur tenetur, cum fuerit in mora: si enim restituisset, quando debebat, dominus eam salvam recepisset, nec apud ipsum periisset.

30. *Res apud furem meliorata est tota domino restituentur.*

DICO IV. Si res sit meliorata apud furem, & adhuc extet, tota est domino reddenda juxta omnes Doctores. Res enim crescit & melioratur suo domino, cujus est res ipsa cum toto suo incremento, & meliore statu. Unde si fur abstulerit pullum, qui factus est equus, vel bovem macilentum, qui factus est pinguior, debet reddi, sicuti extat in specie. Nihilominus in foro conscientiæ deducendæ sunt expensæ meliorationis & pretium industriæ (si hæc dominus non adhibuisset) etsi in foro externo id non permittatur in penam furti, quæ non ligat ante sententiam. Ut proinde ante sententiam (secus est, post illam, utpote justam & rationabilem) dominus teneatur impensarum habere rationem, detractã quoque è contra æstimatione damni, quod dominus passus est ratione carentiæ rei, ejusque usus (nisi forte fur sponte cedat domino rem cum sua melioratione, ne per judicem curet dominus eam ita sibi adjudicari) cum alioquin ultra æqualitatem fieret restituito.

31. *Corollarium.*

Hinc sequitur, si fur rem vendiderit (idem est, si aliter consumplerit) quando est meliorata extrinsecè, puta quia pretium illius auctum fuit, omnino teneri domino refundere, non solum eam æstimationem, secundum quam domino est valitura, sed totum pretium, quantumvis dominus eam fuisset servaturus in aliud tempus, quæ pretium decreverit. Ratio est: quia ipsum totum est pretium æquivalens alienæ mercis, in cujus proinde locum succedit, quæque accrescit suo domino, sive intrinsecè, sive extrinsecè augeatur. Hoc enim spectat ad bonam domini fortunam: sicut enim idcirco pretium rei venditæ à fure debetur domino, etsi apud ipsum res periisset, sic & incrementum. Neque potest quis ex alieno ditescere, ut hæc fiet.

32. *Quid agendum, si res manserit in eodem statu.*

DICO V. Si res manserit in eodem statu, sufficit ipsam sic restitui; compensato tamen lucro cessante vel damno emergente, v. g. si apud dominum fuisset meliorata (quod detractis expensis influmendis æstimandum est) sic enim redditur domino ad æqualitatem, quod suum est.

33.

DICO VI. Si res sit casu aut citra cul-

pam deteriorata apud furem, sic ut iniqua acceptio nullam occasionem dederit, puta quia similiter erat deterioranda apud dominum, qui illam eoque servaturus fuisset (v. g. si equus sanus fiat morbidus, pretium frugenti vel pecuniæ decrescat) sufficit illam reddere, prout modò est; compensatã domino carentiã tanti temporis, damnoque alio, si quod emerferit. Sic enim videtur conforme communi hominum æstimationi, & Doctorum sententiæ, quantum ad deteriorationem saltem extrinsecam, seu decreptionem pretii, ut refert *Wiggers c. i. dub. g. n. 68.* etsi secus censet *n. præc. de intrinseca deterioratione.* Neque adeò infundatè, supposito quòd apud dominum fuisset pariter deteriorata ex ejus neglectu: cum hujus arbitraria incuria circa rem suam non debeat prodesse furi, ut eam citra injustitiam restitutioni obnoxiam deterioreret. Alioquin videtur de rei deterioratione eadem ratio, quæ de interitu seu destructione, inhærendo terminis Conclusionis tertiæ. A deterioratione quoque extrinseca potest argui ad intrinsecam. Ratio insuper generalis est, quòd incrementum modò non extans medii temporis, fuerit quidem domini, sed ei quasi inutile, neque deteriorationis moraliter censetur fur esse causa: quare si restituatur prout modò est, nullum ex iniqua acceptione dominus patitur damnum. Secus est, si dominus rem in meliori statu alienasset: tunc enim æstimatio secundum illum est facienda. In dubio quoque forum externum præsumeret pro domino: etsi ob incertitudinem, quæ æstimationem minuit, proportionatè diminutioni probabiliter locus sit in foro conscientiæ.

*Quid si deteriorata*

DICO VII. Fructus, qui ab ipsa re procedunt, quamquam interveniat humana industria, ut sunt fructus omnium rerum, quæ habent usum locabilem, sunt domino refundendi. Ita communiter Doctores. Dixi qui ab ipsa re procedunt: nam fructus nudæ industriæ juxta communem Doctrinam non sunt reddendi: v. g. lucrum, quòd fur fecit negotiando cum furtiva pecunia, aut utendo alieno instrumento, v. g. penicillo. Sed solum compensari debet domino damnum emergens & lucrum cessans, si quod intervenerit ratione carentiæ pecuniæ. Ratio conclusionis est: quia fructus rei, eo ipso quo producuntur, cedunt in dominium domini istius rei, ut patet *Instit. de Rerum divis. §. l. verò*: ergo non minus sunt domino restituendi, quam res ipsa, deductis tamen laboribus & expensis, quas etiam dominus facere debuisset.

Et hoc verum est, etiamsi dominus illos fructus non fuisset percepturus: v. g. etsi dominus rem, quam fur elocavit, non fuisset elocaturus, atque adeò nec pretium elocationis percepturus, quando saltem talis est

*34. Fructus non sunt restituendi, nisi fuerint percepti.*

Qu. III. De Cooperat. ad Furt. vel Dam. ac Oblig. Rest. §. I. II. 361

talis est res, quæ elocari consuevit. Quod addo: nam aliàs potius pretium illud ad fructum industriæ, quam ipsius rei referri videtur: ut si fur elocet nummos furtivos ad ostentandum. Idem de pretio elocationis torquis aurei docet verisimiliter Navarrus c. 17. n. 25. Sed cum torques aurei, uti vasa argentea, satis usitate elocentur pretio, videtur pretium illud inter fructus rei enumerandum, adeoque domino reddendum. Sententia tamen Navarræ locum habere poterit, quando dominus est vir dives, cui ejusmodi pretia putetur reputare tamquam vilia. Similiter restituendi sunt fructus non percepti, si eos dominus suâ curâ fuisset percepturus, ut patet ex c. Gravis, de restitut. spoliat. Ratio est: quia fur seu iniquus possessor suâ injustâ detentione est domino causa lucri cessantis.

Vii & non percepti à fure, sed percipiendi à domino.

36. Petes I. Quid si fur suâ industriâ rem fecerit meliorem, quam dominus fecisset, suâ tamen negligentia perceptit pauciores fructus, quam dominus re tum sibi restituta fuisset percepturus? Resp. in rigore verius est teneri ad ampliores illos fructus domino restituendos: quia fur non restituendo rem melioratam, quando debuit, est causa damni, quod scilicet dominus non percepit fructus ex re sua, quos erat percepturus.

37. Petes II. Ad quam restitutionem teneatur qui intulit damnum in re crescente, v.g. vastavit segetem nunc æstimatam centum, valituram in mense ducentis florenis, occidit pullum æquinum nunc valentem viginti, post biennium valiturum centum? Resp. non teneri amplius restituere, quam res judicio prudentum spectatis circumstantiis tunc valebat. Nam restitutio damni tantum est faciendâ secundum æqualitatem prudentum judicio taxandam: seges autem vastata v.g. omnibus consideratis tunc tantum valebat centum florenis, ergo solum centum restituendi sunt.

Nec obstat, quod dominus intenderet rem servare quousque perfecta esset, neque illam eo pretio vendere voluisset: inde enim non sequitur majus esse damnum, sed majorem injuriam, pro qua secluso damno, non debetur restitutio.

QUESTIO III.

De Cooperantibus ad Furtum vel Damnum, ac Obligatione consequenter Restituendi?

I.

An peccent Cooperantes, & quot sint?

38. COOPERANTES ad grave furtum vel injustam damnificationem graviter

peccare, ratio naturalis satis dicitur. Quoniam (ut utar verbis Apostoli quæ ad Rom. I. subdit post varia vitia enarrata) qui talia agunt digni sunt morte: & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, adeoque cooperantur operantibus. Unde alibi Scriptura graviter redarguit, currentem cum fure Psal. 49. Socios furum Isaiâ I. Et Proverb. 29. dicitur: Qui cum fure participat, odit animam suam.

justam damnificationem graviter peccant.

Novem autem sunt modi cooperandi ad actionem aliquam, signanter injustam; quorum sex priores sunt positivi, tres posteriores autem negativi seu privati, sequentibus verbis comprehensi.

Novem modi cooperandi re-consentur.

Inssio, Consilium, Consensus, Palpo, Recursus,

Participans, Mutus, Non Obstant, Non Manifestans.

§. II.

De Mandante.

MANDANS, sive expressè opus v.g. famulo injungendo, sive tacitè & implicitè, dicendo v.g. gratum mihi obsequium fieret, utinam quis id pro me faceret &c. est indubiè causa damni injusta, si inde alter moveatur, & exequatur opus injustum. Si autem damnum reipsâ non sequatur, peccat nihilominus mandans, sed non tenetur ad restitutionem.

39. Mandans qui peccat & tenetur ad restitutionem.

Uti etiam si mandatum in opus subsecutum non influxerit, puta quia alter non fuit motus à mandato, sed sponte suâ perfectè determinatus, mandato neglecto, opus fecit, dicendo v.g. Non curo mandatum tuum, non indigeo &c. sic enim mandans non est causa efficax seu efficiens damni præsentis, etsi affectivè, seu quantum est ex parte affectûs conetur ipsum causare. Idemque est secundum Doctores communiter, si mandatum tempestivè & seriò revocetur, atque adeò revocatio tamquam seria mandatario innotescat: cò quod mandatum non moveat aut influat, nisi quatenus ligat & veluti stringit mandatarium; quod totum tollitur per revocationem. Si tamen revocatio mandatario non innotescat, aut sit oblivioni tradita, aut aliter credat non esse seriam, sed curialem, & ad satisfaciendum nonnullis simulatam, manet causa damni prius data, cum obligatione eadem.

Quid si in damnum non influxerit mandatum.

Quid si revocatum.

Petes, an teneatur in qualitate mandantis, qui ratum habet opus, v.g. homicidium, incendium &c. suo nomine factum, arg. Reg. 10. jur. in 6. Ratihabitionem retrahit, & mandato non est dubium comparari? Et consonat Reg. 60. ff. de Reg. jur. Resp. cum communi sententia Neg. quia verè non influxit talis in damnum; quod non potest à subsequenti ratificationis influxu pendere, Regula autem Juris respicit,

40. Ratum habens: malefictum suo nomine paratum non tenetur in qualitate mandantis.

respicit, quantum ad præfers applicata, forum externum, in quo talis puniretur, quasi qui mandavit maleficium. Aliàs fictione juris respicit præteritos v. g. Contractus, & quædam aliæ, quæ ratificari interdum juxta dispositionem jurium (de quibus Jurisperiti) possunt per consensum subsequentem, & cujus tunc quasi de novo fiunt: non autem respicit naturalem obligationem restituendi damnnum præteritum. Si autem nomine proprio alter opus fecisset, ratihabitio subsequens, quæ quis ipsum approbet alieno nomine factum, multò minus cenferi potest causa damni obnoxia restitutioni: nam *ratus quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum*, ut habet *Regulæ juris in 6.* Neutro etiam casu irregularitas ob homicidium ratihabitum incurritur: etsi absolute potuisset Ecclesia illam jure inflixisse, & de facto inflictam in priori casu nonnulli fuerint arbitrati contra plerumque alios.

Multò minus, si factum non fuerit nomine ipsius.

An sequatur irregularitas in materia homicidii.

41. Objectioni satisfi.

Dices, sicut præcedens mandatum, sic prævisa & sperata ratihabitio movit voluntatem delinquentis, ut nomine alterius homicidium v. g. committeret: ergo æter utrobique est causa moralis homicidii. Resp. Neg. Conf. Nam si sufficeret ratihabitio sperata objectivè delinquentem movens instar causæ finalis, eadem sufficere deberet, et non subsequeretur; cum nihilominus in spe & intentionaliter proposita moverit delinquentem. Requiritur igitur actio libera & concursus in ratione principii moralis ipsius actionis alienæ, ut hæc mihi imputetur tamquam causæ efficaci damni & restitutioni obnoxia. Alioquin etiam securura fortè approbatio delicti ab aliquo etiam nomine proprio patrati posset similiter objectivè excitare delinquentem; nec tamen idcirco consequens approbatio constituit cooperationem ad delictum præteritum restituendi obnoxiam.

§. III.

De Consulente.

42. Consulens quomodo tenetur ad restitutionem.

Consilio revocato quando non tenetur.

CONSULENS quod etiam spectat promissa faciens, animans, obsecrans, instruens &c.) tenetur, sicuti mandans, quando scilicet ex consilio dato quis movetur & facit opus injustum; aliàs non. Quod si consilium tempestivè revocetur, censet *Petrus Navarra* & alii idem de hoc generatim dicendum, quod de mandato. Quæ sententiæ, etsi *Lessius c. 13. dub. 3.* & aliis non improbabili videntur, & locum queat habere, quando consilium fuit falsum seu falso fundamento, solive auctoritati extrinsecæ consentis innixum, sinceritalque revocantis, ac veritas ipsa sufficienter innotuit (cum tunc cesset omnis influxus ponitceptus à consulente, sic ut ejus consilium deinceps non possit alterum movere,

sed mera, malitia) nihilominus ex communiori Doctorum sententia (quam tenet idem *Lessius, Wiggers, & alii passim*) quando datum est consilium verum, ostendendo v. g. utilitatem consequentem &c. non sufficit ostendi malitiam operis, sed debet alter persuadere, ne, non obstante priori consilio, procedat: eò quod aliàs videatur manere influxus prioris consilii, veluti motivum operandi id, quod per consilium fuit suggestum, adeoque opus subsequi ex vi prioris consilii: debetque prævidere consultor periculum, ne postea non foret in potestate sua tollere causam damni semel datam. Simili modo non liberatur ab onere restitutionis, qui alterum docuit artes nocendi, dedit instrumenta ut noceat &c. etsi postea significet se facti poenitere, si nihilominus alterum reipsa à malo non avertat. Aliud apparet in mandante: nam ratio mandati consistit in solè auctoritate mandantis, & gratificatione ei faciendâ per opus ejus nomine patrandum, adeoque mandato revocato nil manet ex parte mandantis in mandatario: quod non ita apparet in consilio.

Quando dicitur contra tenetur.

Differencia inter mandantem & consulentem.

43. An certum de damno, dubium in consilio, datam in fluxum, ne auctori restituatur.

Petes I. an teneatur ad restitutionem, si re examinata sit dubium, an consilium (idem est de mandato, alve concausâ injustâ) influxerit in ipsum opus v. g. furti aut homicidii? Resp. si dubium sit, an sit datum consilium, vel an opus malum perpetratum, v. g. homicidium cum effectu sit securum, satis constat nullam esse obligationem. Si autem constet de consilio, & simul de corpore delicti subsecuti, adhuc non teneri consultorem, veluti in possessione contra dubiam damnificationem constitutum, censent plurimi *Joannes Medina, Petrus Navarra* & alii ex *Dicastillo* relati apud *Franciscum Bardam discipulat. 6. de Consc. dub. c. 9. §. 13.* Verum plures tum Canonistæ, tum Theologi, signanter *Covarruvias, Sanchez, Lessius c. 13. dub. 4. in fine* (etsi in prima Editione oppositum tenuisset) & alii apud *Bardam sup.* Valde probabiliter oppositum tradunt: cum enim de delicto, & sufficienter causâ data constet, præsumptio est contra consulentem, qui inculcabit onus probandi contrarium: neque etiam præsumitur alter (nisi intentio malè faciendi aliunde constet) malum facturum secluso consilio. Dum autem latet veritas, recurrendum est, etiam in foro conscientia ad præsumptionem feri externi. Ob quam etiam moraliter delictum ipsum in possessione esse videtur contra consultorem. Unde consequenter in tali dubio de homicidio consultor censendus esset incurrisse irregularitatem. Censet tamen *Bardam sup.* ex æquitate minuendum ex parte pro rata dubii onus restituendi, eò quod quæ ex præsumptione procedunt, sint minoris efficacitæ; ut idcirco etiam in foro externo delicta in præsumptio.

umptionibus fundata non puniantur poena ordinaria, sed minori seu extraordinaria.

44. Non requiritur generatim, ut consulens sit causa sine qua non damni.

Petes II. An consulens (idem est de mandante & aliis) teneatur ad restitutionem, etsi non sit causa sine qua non damni? Resp. indubie quod sic, quando hic & nunc efficaciter influit in damnum, etsi noverit ipso non suadente, fore alium, qui suavisset; ipso non mandante, fore alium, qui mandasset &c. Quia enim prevenit damnificationem, prevenit consequentem obligationem restituendi. Et vere talis est causa, sine qua, aut alia simili supplente locum & vices, damnum non fuisset illatum. Similiter id patet in causis physicis: nam si duo independentes ab invicem infligant singuli simul Petro vulnus lethale, singuli tenentur, etiam in solidum, in defectu alterius: alius enim neuter teneretur ad restitutionem; quod est absurdum. Quam admodum etiam ignem applicans domui est causa incendii, obligaturque ad restitutionem, etsi non sit causa sine qua non; puta quia alius non defuisset.

45. Si aliter ut placid determinatus ad damnum, an teneatur ad restitutionem.

Si vero sine tuo consilio vel mandato alteri jam aliunde erat determinatus ad damnum inferendum, quod aequè ac eodem modo intulisset, est communis sententia Doctorum & certa (intelligendo nempe illam conformiter ad rationem subjunctam) ut inquit Lessius c. 13. dub. 2. te non teneri ad restitutionem; eò quod tunc mandatum vel consilium tuum inefficax sit, & solum concomitantè se habeat.

An tenearis si moveris, ut propterea citius, animosius &c. fieret. Opinio affirmans probatur.

Secus censent plurimi, præsertim Recentiores, cum Cajetano, Joanne Medina, Soto, Petro Navarra apud Lessium sup. (qui id ipsum valde probabile, & in praxi ordinariè sequendum censet) si tuum consilium vel mandatum moverit, ut citius, vel animosius, vel atrocius fieret: eò quod tu verè & efficaciter influas in damnum.

46. Opinione gans cum suo fundamento.

Nihilominus oppositum censent multi gravissimi Doctores pro quo referuntur Alexius, D. Thomas, Richardus, Antonius, Gabriel, Silvester, Navarrus & alii. Ob quorum auctoritatem id probabile censent passim alii Doctores, notanter Lessius sup. & quia tunc censent moraliter non tam causa damni quoad substantiam (ad quam causa damnificativa jam erat determinata) quam quoad circumstantiam, adeoque non tenearis substantiam damni reparare. Unde etiam alii passim admittunt, quod non teneatur ad restitutionem, qui volenti furari hodie, suadet, ut furetur cras; volenti furari centum, suadet ut furetur viginti: immo quod parato ad furandum centum suadens, ut furetur ducentos, non teneatur ad restitutionem, nisi istius præcisè excessus.

47. Causa

Sed huic Doctrinæ multum obstat, quod revera consulens & mandans influat

in ipsam substantiam damni, si executor, etsi antecedenter ex se aut ab alio determinatus, per me novè motivo excitetur, sic ut voluntas mea motio fieret, quamvis aliàs antecedenter determinatus non fuisset. Quod frequens est in moralibus, ut scilicet determinatus ad aliquam actionem, accedente novo motivo denuo determinet se ad eandem, ipsam operaturus, etsi prius motivum desisset. Secus est, si consilium vel mandatum meum non movit, adeoque non influxit. Si ipsum etiam verè non moverit neque influxerit in substantiam, sed præcisè in ipsam damni circumstantiam, verè non tenetur, nisi in quantum circumstantia ista est specialiter damnosa. Unde quia dam qui suadet furi, ut furtum differat, ordinariè saltem (interdum posset oppositum contingere) non censetur fur inde moveri ab substantiam furti, sed ad solam dilationem, quæ specialiter non est damnosa, immo plerumque utilis damnificando, censetur scilicet ordinariè non teneri ad restitutionem. Similiter non tenetur, qui suadet, ut furetur viginti, cum aliàs furaretur centum: censetur enim suasio abstinendi à majori, etsi non ab omni, à quo supponitur non posse averti. Quin immo talis gerit utiliter negotium domini, eique beneficium potius, quam injuriam præstat. Idem est de eo, qui determinatum ad occidendum fustibus, movet ad occidendum gladio. Qui autem determinatum ad furandum minus suadet ad amplius, v. g. volenti furari equum suadet, ut furetur quoque ephippium & capistrum, ordinariè non videtur similiter nisi ad excessus restitutionem teneri: cum illius consilium non ita feratur aut moveat ad substantiam damni, quam ad istum excessum.

hanc arguitur.

Ad quid teneatur suadens furti dilationem in crastinum.

Quid censendum de eo qui suadet auferri minus.

Vel qui contra suadet auferri aliquid amplius.

An volenti furari minus licitè suadentur ut furetur minus à tertio.

Quid si fur habeat anceptus inter utrumque.

An saltem in genere possit ingeri minus.

Petes III. An volenti furari amplius à Petro, liceat suadere, ut potius furetur minus à Paulo? Resp. in primis licitè id fieri, quando Paulus vir opulentus creditur fore aut rationabiliter debere esse contentus modico, quid pati, ut gravius damnum Petri pauperis, impediatur. Idem est, si fieret animo procurandi Paulo compensationem damni minoris. Item si fur determinatus erat furari ab utroque, licitum est suadere, ut abstineat saltem à furto majori. At si cogitans de utroque anceptus habeat, communis satis Doctrina asserit non posse consuli, ut damnum Paulo inferat, quod minus est: eò quod non liceat innocentem juvare cum gravi damno alterius innocentis, qui tantum juris habet ad suum, quantum alter ad suum, etsi hoc foret majoris pretii. Varii nihilominus censent posse in genere consuli, faciendum esse minus malum: quod tum deum admittit Wiggers c. 2. dub. 4. in fine, quando fur interrogaret, quodam sit minus

*minora  
mala potius  
facienda.*

minus malum, volens id ipsum facere; quasi alias moraliter censeatur inclinare furem ad damnum Pauli, qui furi accipit inter utrumque, proponeret sumptum & subsumptum hincursus, nempe: faciendum potius, quod minus est, atqui hoc est minus.

49.  
*Of. mo Lu-  
go & Pon-  
cii.*

Quamquam Lugo *disp. 19. sect. 2. §. 2.* non puret esse illicitum, ut simpliciter tali casu insinuetur veritas, & consulatur furtum minus; eo quod alter non possit propterea esse rationabiliter invitus. Additque noster Poncius *d. 52. q. 9. n. 56.* voluntatem conditionatam, qua suadens cupit a fure potius fieri, quod minus malum est; non esse alteri injuriosam, veluti cujus emolumentum divino honori est postponendum. Quando autem fur de Paulo non cogitabat, non posset & ei ingeri juxta Lugo *sup.* & alios communiter. Quod tamen Poncius *sup.* ob rationem praemissam honoris divini negat in casu, quo aliter non posset malum majus avergi. Existimatque, cum eodem Lugo posse in casu aequalis mali prospici amico, rogando furem determinatum ad furandum a Petro vel Paulo Guentos, ut pareat Paulo amico. Videri potest Lugo *sup.*

#### §. IV.

#### De Consente.

50.  
*Consente-  
tes quomo-  
do peccent,  
ac tenean-  
tur ad da-  
na praestan-  
da.*

CONSENSUS exterior in opus injustum est obnoxius restitutioni, quando vere est causa damni, alias non. Ut proinde consensum interius aut exterius praebentes in opera injusta, quae ab eorum consensu nullatenus pendent, aut in quae ipsorum consensus non influxit, etsi graviter peccent, etiam contra justitiam; non tamen teneantur ad restitutionem ex hoc capite: quamvis ratione animationis, consilii &c. possent teneri, si eorum consensus aliorum causent. Quod si vere etiam non defutura suffragia v.g. pro injusta sententia, pro iniqua gabella, electione indigni &c. indubie teneor ad restitutionem, si suffragium prior feram, utpote una constituens causam efficacem damni, nempe majorem partem suffragantium, sicque praeviens obligationem, quam alter contraxisset.

51.  
*Quid cen-  
sendum de  
suffragan-  
tibus post  
sufficientem  
numerum  
suffragio-  
rum.*

Seculis censent Doctores communiter, ut refert & sequitur Lugo *d. 19. s. 2. n. 17.* contra Wiggers *Tr. 3 c. 2. dub. 5.* de suffragantibus post numerum suffragiorum completum, seu praevia majori parte suffragantium, eo quod horum praecise suffragia sint efficax causa damni; sic ut ipsum aequè sequeretur, etsi posteriora suffragia decissent: cum è contra deficientibus prioribus, aut aliis similibus horum locum suppletibus damnum non fuisset illatum. Nec obstat, quod decretum seu sententia

formetur, & proferatur etiam nomine posteriorum suffragantium; nam pariter formatur & proferatur nomine totius congregationis vel Senatus, etsi hi non dedissent suffragium, considerata solum pluralitate suffragiorum. Videturque Cardinali de Lugo (qui refert Molina) contra plures consequenter idem dicendum, etsi suffragia fuerint occulta, si postea constet eorum suffragium sufficientia invenisse. Ignorantia enim prior facit solum, ut puteris, non ut vere fueris efficax causa damni. Communior tamen & facilius est doctrina in casu, quo suffragia sunt publica, & posteriores cernentes priorum suffragia vicisse, atque ita sua nil profutura, ceteris accessit. Quod etiam fatetur Sylvius *q. 62. art. 7. §. 5. De Consente.* rectè quidem addens, quod adhuc peccent mortaliter, sed malè, quod contra justitiam: indubie enim illam violant, etsi damnum efficaciter non operentur.

Praemissa nihilominus intelligenda sunt in casu, quo priora suffragia sunt irrevocabilia, aut saltem certo non revocanda; prout interdum quando in Consilio suffragia publice dantur adjunctis motivis, eorum consideratione habitâ prius suffragantes retractant opinionem suam, & ex justitia debent. Immo Lugo *sup. n. 18.* existimat sufficere, quod sint revocabilia; eo quod alias datum necdum sit illatum, adeoque sequatur ex omnibus suffragiis, sicut si simul omnes irrevocabilia suffragia dedissent. Dum autem irrevocabilia sunt, posteriores jam inveniunt damnum datum abque ipsorum opera.

#### §. V.

#### De Palpone & Receptatore.

PALPO sive adulator ad restitutionem tenetur, quando adulatione, laudibus, exprobratione ignavia, irrisione &c. movet alterum ad damnum inferendum, vel ad non reparandum illatum, perinde ac dans consilium.

Recurfus seu receptatio similiter obligat receptatorem, quando influit in damnum, ut fiat, vel factum non reparatur. Hujusmodi sunt, qui malefactores occultè intertinent, protegent, securitatem praestant ad damna inferenda aut non reparanda, qui praedas servant, vel aliter se habendo censentur moraliter ad eorum malefacta concurrere.

Hinc etiam Principes, domini, parentes &c. si non compellant valallos, famulos, filios familias &c. quos norunt confisos in ipsorum potentia injustè agere, indeque animatos, & sub patrocinio ipsorum tuto receptos delicta committere, eadem in seiplos transumunt.

Notant

54. Notant tamen varii Doctores, quod ex metu gravi excubentur interdum receptantes fures in suis domibus, eiusque alimenta præbentes, prædas custodientes, easque furi reddentes. Quæ etiam absque expressa vel tacita additione receptaculi, post furtum patratum, furem ad necem quæsitum, ne comprehendantur & occidatur, occultat, haudquaquam censetur receptator: hoc enim velut casu & per accidens fit, supponiturque non dari furi in posterum spes similis refugii vel adiutorii: tunc namque si postea fur vias suas repetat, damnum istud non censetur causatum, sed merè per accidens sequi opera præfatum misericordiz. Quamvis revera dissuadenda sit, & interdum peccaminosa huiusmodi iustitiæ impeditio in mali generis, spei & consuetudinis furibus alijsve malefactoribus. Si etiam quæretur fur in ordine ad restitutionem rei ablata, sanè qui hunc impedit occultando, socius furtum merito censetur. Unde c. Si res aliena 14. qu. 6. ex Augustino Epist. 54. habetur: Illud verò sidentissime dixerim, enim, qui pro homine ad hoc intervenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem, quantum honestè potest, ad restituendum non compellat, socium esse fraudis & criminis. Advocati nihilominus licitè defendunt malefactorem in iudicio quoad ea, in quibus ipsemet potest se iure defendere & excusare, v. g. quando culpa est occulta, aut nequidem semiplenè probata, quando non servato ordine juris vexatur &c. Defenditur enim non quatenus malefactor, sed quatenus jus habens.

S. VI.

De participante.

55. Participans in re scilicet furtiva seu præda injusta, tenetur restituere totum, quod ad eum devenit, sive bonâ, sive (quod possimum hic spectatur) malâ fide. Quod si quid bonâ fide acceptum fuerit consumptum, tenetur in quantum factus est ditor. Participans autem in ipsa injusta actione dicitur generatim quicumque quovismodo concurrat ad ipsam, sive partialiter ex parte causæ, sive partialiter tantum ex parte effectus. Specialius autem participare in actione injusta dicuntur adjuvatores physici ipsius executionis, sive qui aliter quam modis præmissis ad ipsam concurrunt, auxiliumve præstant, v. g. scilicet apponunt, vel eas sustinent fure ascendente, qui excubias agunt, qui instrumenta suppedant, qui furem comitantur defendendi causâ, qui juvant effringere, alportare &c. Qui semper tenentur ad restitutionem hoc ipso, quo aliquid auxilii ad iniquam executionem Herincx Sum. Theol. Pars III.

nem contulerint, saltem si id sponte & sine compulsionem fecerint. An autem vel qualiter gravis metus interdum excuset, vide apud Lessium cap. 13. dub. 3. num. 29. & segg. & alios.

In particulari movetur difficultas, ad quid teneantur milites injurè invadentes & spoliantes urbem. Ubi in primis supponitur in solidum obligari ipse præfectus belli, idemque est de consiliarijs ad factum permoventibus. Gregarii autem milites juxta Petrum Navarra, & plures alios non tenentur, nisi pro parte prædæ, quæ ad singulos devenit, & damnificatione, quam quisque intulit. At Cajetanus, Adrianus, Joannes Medina & alii obligant quoslibet in solidum ad restitutionem totius damni in defectum aliorum. Quod tunc verum putat Viggers cap. 2. dub. 5. quando omnes communi consilio aut mutuâ exhortatione, & instar unius manus invadunt aliquem locum ad deprædandum (quod sæpius & facilius contingit in minoribus locis, & minori aliqua parte exercitus) secus si solum jussu superioris absque mutua communicatione fiat invasio, locoque superato quisque incipiat pro sua voluntate prædas agere absque omni respectu, ac dependentiâ ab invicem. Neque enim solet tunc unus ab alio in præda capiendâ dependere vel juvari. Et sic auctor iste conciliandam censet utramque sententiam.

Obstare nihilominus videtur, quod (ut contendit posterior sententia) vix ullum damnum inferatur à milite, alijs non concurrentibus, à quibus auxilium seu defensionem sperat, alijs utique non ausurus: atque ita ad damnum, quod hic miles infert (idem est de singulis alijs) videantur concurrere omnes ij, quorum auxilio parato, fretus hic audet. Quamvis magnitudo damni faciat restitutionem integram frequente, singulis impossibilem, & ut damnum passus sæpe præsumatur contentus, si singuli militum restituant, quod pro sua parte intulerunt, vel prædari sunt.

S. VII.

De Cooperantibus negativè.

Mutus, seu qui tacet, dum deberet loqui prohibendo, reprehendendo, dissuadendo, claudendo, vel strepitum edendo: Non obstantis, seu non impediens, dum potest & tenetur: Non manifestans malefactorem ante furtum pro damno impediendo, vel post furtum pro damno reparando (qui sunt tres modi cooperandi indirectè seu negativè) si teneantur damnum impedire ex iustitia (puta ex contractu vel ex officio seu quali contractu) tenentur

56. In exspoliatio-  
tione urbis  
an singuli  
teneantur  
in solidum.

Opinio prima  
negat.  
Secunda  
affirmat.

Tertia  
utramque  
conciliat.

57. Arguitur  
in favorem  
secundæ  
opinionis.

58. Quam  
cooperantes  
negativè.

Obligati ex  
officio vel

*contractu tenentur ad reparatio- nem damni.*

tenentur ad restitutionem; cum per injuriam sint causa damni, illud passio habente jus ad actionem positivam impeditivam ejusdem damni.

59. *Iidem specificantur.*

Ex officio obligantur Principes, Magistratus, Prætores, duces belli &c. adeoque ad restitutionem tenentur, si, cum possunt non impediunt furta, latrocinia, & similia mala: propterea enim stipendia accipiunt à republica. Idem est de ijs, qui velut ex contractu obligantur, accipientes stipendia pro custodia vinearum, silvarum &c. Item de tutoribus & curatoribus, quoad impedienda pupillorum & minorum bona. Item de famulis, quos concernit servare res domini contra fures extraneos: is autem cui custodia domus, aut particularis rei, v.g. horrei, penus &c. datâ clave aut alio modo, etiam in ordine ad domesticos, est commissa, obligatur etiam contra hos impedire damna domini. Aliàs titulo facultatis non tenetur ex justitia (et si teneatur ex charitate) contra alios domesticos custodire res domini, ut habet *Lessius cap. 13. dub. 10. nu. 75. VViggers c. 2. dub. 6. n. 51. & alii: et si inter domesticos & extraneos non distinguat Pontinus d. 52. q. 9. in fine.*

60. *Qua causa predictos excuset.*

Obligati ex justitia vel quasi justitia nihilominus exculantur ratione jacturæ notabilis; eò quod non videantur ordinariè officia assumi cum tanto onere; nisi quid amplius postulet pactum. Quo modo autem, & qualis culpa exigatur, in *disp. 5. de Restit. in comm. quest. 3.* dictum est. Quod si incertum sit, an damnum impediri potuisset, æstimanda saltem est spes successus, si actio obligans fuisset adhibita.

61. *An compensanda sint multa neglecta.*

An verò custodes & vigiles non manifestantes eos, qui v.g. lignant, aut vectigalia non solvunt (idem est, si fiscus non accuset, judex non condemnet) teneantur ultra damna solvere ipsas multas transgressoribus vel reis statutas, dubitari posset. Et quidem Doctores passim cum *Silvestro, Navarro, Lessio sup. dub. 10. num. 73. contra Petrum Navarra, Soto, Salton apud Lessium sup. num. 72.* censent, quod non: eò quod invigilantes hijsce rebus ex officio non teneantur multare vel accusare, ut republica dicitur multis, sed solum ut damna impediantur: adeoque ex mente republicæ aut Principis tales non videantur obligati ad præstandas ipsas multas neglectas. Nihilominus si quis privatus à republica conduxisset jus multarum justarum, custodes ab ipso constituti tenebuntur præstare multas neglectas, saltem quantum spes earumdem, transgressione manifestatâ, valebat: hæc enim mens apparet manifesta in eo, qui ad proprium lucrum ex multis captan-

dum principaliter conductionem iniit, & custodes instituit. Eodemque censet *VViggers cap. 2. dub. 7.* esse verius in custodibus & præfectis à republica institutis quoad multas impositas non solventibus vectigalia, & contra inferentes damna in bonis publicis: quod tamen alii plures non admittunt, veluti haud satis probatum.

Quod si obligatio vi officii vel contractus, adeoque justitiæ, non subit, adhuc supposito quod damnum proximi abique notabili incommodo impediri possit, obligati ad id charitas, eaque sola; cujus tamen defectum non esse restitutioni obnoxium, patet. Ita Doctores communiter. Estque hoc verum, etsi non solum quis non impediatur, sed etiam suadeat alteri, ne impediatur, v.g. furtum aut latrocinium; dum tamen abit vis & fraus (quo casu indubiè est obligatio restituendi, uti vera injuria; & de hoc loquitur *Joannes Medina*, dum videtur contrariari, ut eum explicat *VViggers cap. 2. dub. 6. num. 45.*) cum non fecerit per hoc damnificato injuriam, qui ad tale auxilium non habebat jus, sed solum ut relinquere- tur in libera alterius voluntate.

Nec obstat, quod c. *Quanta 47. de Sentent. Excommunic.* dicitur: *Eos delinquentibus favere*, adeoque puniendos (ut ex præmissis ibidem colligitur) interpretans, qui cum possint, manifesto facinori desinunt obviare. Tum quia tales favent negativè & quidem culpabiliter suntque adeo poenâ digni. Tum quia sermo est de obligatis ex officio impedire, ut explicat *Glossa*. Tum quia secluso officio favent præsumptive; juxta id quod dicitur c. *Sicut dignum 6. de Homicidio, non carere scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori (varia exemplaria addunt, non, sed repugnat sensui, & vetustioribus Codicibus) desinunt obviare*, cum scilicet facile possunt, quia nimirum contra tales est præsumptio aliqua; quæ tamen pro consententia eliditur, dum constat verè societatem non lesisse. Similiter quod c. *Sicut dignum* dicitur, *qui potuit hominem liberare à morte, & non liberat, occidit*, intellige cum *Glossa*, si tenebatur ex officio. Vel occidit, id est, culpabilis ei est occisio per alium sublecuta, quatenus ei voluntaria quodammodo, etsi non propriè culpâ injustitiæ. Quomodo etiam relato *Ambrosio* (in quo tamen non reperitur) c. *Palce dist. 86. Si non pavisti, occidisti*.

Petes, an qui pecuniam accipit, ne clamet, aliàs non obligatus ex officio clamare, teneatur ad restitutionem? Resp. in primis non teneri ad restitutionem pretii promissi (quando positum est id, ob quod pretium restituatur)

62. *Seculo officio vel contractu obligat sola charitas ad impedien- dum.*

Quid si quis alteri suadet, ut impediatur.

63. *Varii non tenentur.*

64. *An privatus pecuniam acceptam restituatur ad restitutionem.*



tium fuerat promissum) vel muneris donati; nisi sit pars furti, quæ domino utique restituenda foret. Ad restitutionem autem damni obligatur juxta Saloth, Petrum Navarra, Lessium, Diana (quos refert Lugo d. 19. sect. 3. num. 102.) Viggers Tr. 3. cap. 2. dub. 6. & alios; eò quod censetur per acceptionem pretii, veluti actum positivum, concurrere positivè, furem animando & securitatem spondendo. Verum non video, cur in rigore loquendo potius teneatur, qui pretium accipit, quam qui gratis se non clamaturum promittit (quod clarum videtur, nec puto ab Auditoribus prædictis negandum) aut etiam sine promissione precibus furis annuit, & tacet: cum etiam tunc locum habeat positivi animatio furis allegata. Unde & hoc postremum consequenter dicendum videretur. Ex quo tamen arguit Lugo sup. (cui oppositum videtur in rigore verum, referens Soto & Navarrum) contra præallegatam doctrinam; addens solam animationem positivè influentem, non autem illam, quæ oritur ex sola ablatione terroris (quem non tenebaris ex officio incutere) esse injustam. Quemadmodum sciens intrare adventum furis, te invento terreni, potes citra injustitiam te subducere, et si ex tua absentia contingat furem præmissa ratione animari seu asscurari: uti etiam contingit, dum jam animatus ad furandum videt te tacere, vel aliè discedere.

Alioquin facile contingere potest, ut positiva furis animatio in similibus (qui indubiè gravissimè saltem charitatem non impediendo lædunt, nisi grave incommodum proprium ipsos excuset) accedat, quæ vinculum injustitiæ addat.

§. VIII.

Quo Ordine teneantur Cooperantes restituere?

65. Opinio affirmans non teneri animum ante alterum, sed singulos pro rata.

Petrus Navarra, apud Lessium & Viggers locis mox citandis, fuit nitidè confirmare omnes concurrentes teneri juxta proportionem influxus singulos ad restitutionem alicujus partis, ut, si te causas invicem juvantes ad illationem damni; v. g. si damnum sit sex aureorum, mandantem suo nomine fieri obligatum ad restituendos tres, executorem duos, laudatorem unum. Quod Lessius cap. 13. dub. 5. num. 43. censet non improbabile, uti & Viggers c. 2. dub. 8. qui tamen putat non probabile quoad causas negativas. De quibus infra idem patebit.

66. Contraria opinio communis probatur.

Nihilominus Resp. cum communi Sententia, quòd sicut non omnes concausæ sunt æquè principales in damnificatione, sed velut subordinatæ, sic meritò censentur subordinatæ in obligatione ad restituendum. Circa cooperantes, alii primo loco, alii secundo, alii posteriori ad hoc loco tenentur. Et quidem primo loco obligari dicitur, quo restituente, ceteri liberantur, quique alijs refundere debet, si quid restituerint. Secundo loco tenentur, quo restituente, liberantur ceteri, dempto primo, & sic de alijs. In eodem autem gradu dicuntur obligari, qui æquè immediatè obligantur, etsi interdum pro inæqualitate influxus unus obligetur plus quam alius restituere. Horum autem si quis totum restitueret, teneretur alter ejusdem gradus refundere pro ratione sui influxus.

Itaque primo loco tenetur, qui habet rem alienam in se aut in æquivalenti. Obligatio enim quæ ex ipsius rei detentione nascitur, est prima & potissima, atque in interitu postrema. Unde etsi alii restituisent, ad detentorem pro compensatione recurrere possent. Secundo, tenetur mandans, si quis fuerit, nec mandatum sufficienter revocaverit. Ipse enim censetur principalis auctor, exequens autem veluti instrumentum illius: dumque per alium suo nomine vult damnum inferri, censetur hoc ipsum seu onus consequens primò in se suscipere. Tertio, executor: quia ceteri tantum influunt in damnum ipso mediante, neque ipsius obligationem in se suscipiunt, cum non eorum, sed proprio nomine agat. Quarto, alii positivè cooperantes, qui dum omnes æquè immediatè influunt, nullam inter se habent subordinationem ut patet in consulente, adulante, receptatore. Si tamen unus alio mediante influxit, v. g. fualor adulatoris, tenetur priori loco, qui immediatè influxit, v. g. ipse adulator. Nisi quòd sicut mandans executionem tenetur ante executorem, sic mandans consilium d. 2. laudari &c. ante hujusmodi consultorem, laudatorem &c. teneatur.

Quintò denique juxta Doctores communiter tenentur cooperantes negativè: hi enim tenentur, in quantum non impediunt causas positivas, adeoque satisfaciunt, si efficiant, ut hæc restituant. Confirmatur: quia earum defectus est quasi posterior maleficio causarum positivarum, adeoque ridiculum videretur, quòd causæ positivæ à negativis exigerent, ut compensent incommoda, quæ ob maleficia sua sustinent, quoniam non fuerint ab istis impeditæ: officii enim studere debent indemnitati innocentium, non malefactorum. Ipsi autem negativè cooperantes tenentur inter se eodem ordine, quo tenebantur impedire, v. g. prius prætor particularis, custos aut vigil, vel cui immediata cura incumbit, quam prætor generalis, aut ad quem universalius & mediatus cura spectat, qui solus

Quis dicitur teneri primo loco, quis secundo, qui in eodem gradu.

67. Primo loco tenetur, qui alienum in se vel æquivalenti habet. Secundo loco mandans.

Tertio executor.

Quarto inter positivè cooperantes.

Quando inter hos sit ordo.

68. Postremo loco tenentur cooperantes negativè.

Quis inter eos ordo.



lūm invigilare debet, ut aliā officio suo non desinat.

69. *Vicari fraudis impellens ad mandandum aut aliter cooperandum, p[ro]prio loco notur.*

Observandum tamen qui per injuriam id est, per vim vel fraudem coegit vel induxit alterum ad mandandum, colulendum &c. tenetur ante sic coactum vel indutum; adeoque sic compellens alterum ad mandandum tenetur primo loco, utpote alteri injutta causa damni, quod vim vel fraudem passus ex restitutione alioquin pateretur. Præterea damnum passus non debet duci per ambages, sed videtur posse agere immediate contra executorem, qui in recursum suum habere potest ad mandantem.

70. *Remissio uni cooperantium facta, qui excuset ceteros.*

Petes, an si damnum passus uni remittat onus restituendi, ceteri liberentur? Resp. si condonet obligato primo loco, ceteri omnes liberantur: si condonet ei qui tenetur secundo loco, liberantur omnes, dempto primo, & sic consequenter. Si condonet uni æqualiter seu in eodem gradu obligatorum, liberantur ceteri ejusdem gradus, atque etiam posteriores ab obligatione partis ab illo debite. Unde si tres debeant singuli restituere mille, uni facta condonatio, duo alii adhuc tenentur singuli dare mille, & non amplius. Si autem unus ex his duobus deficiat, tenetur alter dare mille quingentos; alii enim quingenti erant refundendi à primo, cui facta supponitur plena remissio.

QUÆSTIO IV.

*De Restitutione Facienda ratione Rei Acceptæ.*

71. *Res aliena ubivis est iam bonæ fide extet, domino restituenda est. Qui illam vindicare potest non refuso pretio. Limitatio.*

CONSTAT in primis apud omnes rem alienam, ubicumque reperitur, etiam apud bonæ fidei possessorem, debere restitui domino; qui eandem ubivis reperitam potest sibi vindicare, etiam non compensato pretio, in quod fortè pro illa alter, etiam bonæ fide dederit *L. 3. §. 23. ff. de rei vendic.* Cum æquum non sit, ut dominus rem suam emat. Nisi quis fortè rem emerit exiguo pretio cum intentione domino, si appareat, reddendi, cujus quidem aliter re suâ penitus carituri (quod ex circumstantijs sapis potest dijudicari) negotium utiliter se gerere existimabat; tunc etiam in utroque foro tenebitur dominus pretium restituere; juxta *Covarruvias, Molina, Lessium c. 14. dub. 3. nu. 20.* & alios passim ut citat & sequitur *Lugo d. 17. sect. 1. nu. 2. arg. Inst. de Obligat. que quasi ex contractu §. 1.* Favet quoque *c. Rapinam 14. q. 5.* ubi dicitur illicita emptio rapinæ, nisi eâ intentione, ut cui est ablata, reddatur. Iniquum etiam foret, ut quis amitteret id, quod expendit in gratiam domini, cujus negotium utiliter gessit. Secus censent Doctores, si nimium dederit, quasi

tunc ad excessum compensandum non teneatur. Nihilominus juxta *Lugo sup. nu. 4.* (quod tamen in foro saltem externo non admitteretur, & periculum pravarum cum furibus collisionum) idem est, si simili intentione datum fuerit pretium justum pro re, quæ aliter comparari non poterat, & seebatur domino gratissima ac valde necessaria, & quam alioquin recuperare non potuisset. Itaque quàm primum res detenta noscitur aliena, est restituenda; aliàs contentio incipit esse iniq̃ua, sicque accederet titulus iniquæ acceptiois, & effectus consequentes.

Constat II. Eum, qui rem bonâ fide acceptam contumpsit, non teneri ad restitutionem, cognito quod fuerit aliena, nisi in quantum factus est ditior ex ipsa rei consumptione: non enim est titulus unde obligetur, scilicet neque contractus, neque iniqua acceptio, & neque ipsa res accepta, utpote non extans in se aut æquivalenti.

Unde si durante bonâ fide, res perijt, etiam ex culpa lata, ad nil tenetur. Similiter si rem sibi donatam, alteri bonâ fide donaverit, aliàs donationem illam aut aliam similem non facturus, non tenetur domino (qui tamè rem suam potest vindicare apud donatarium vel alium, ubivis existat) si facturus donationem minorem, hujus solius valorem (cum tenuis tantum profecerit) reddere domino debet, posito quod res donata non sit ab ipso domino vindicabilis apud donatarium, nec ejus (si ab ipso destructa sit) valor queat obtineri. Immediata enim actio domini est in rem, ubivis, etiam bonâ fide, extet; aliàs in eum, qui destruxit. Hic autem si bonâ fide processerit, non tenetur, nisi quatenus inde factus est ditior. Eoque deficiente demum videtur esse domino actio in donantem, in quantum hic similiter factus est ditior.

Si rem alienam bonâ fide emptam rursus alteri vendiderit, dominus habet jus vindicandi rem suam extantem apud venditorem; hic autem habet actionem ad repetendum pretium à primo emptore, rescisso contractu, juxta communem Doctorem sententiam, ut proinde non satisfaciatur secundo emptori, resignando actionem suam in primum venditorem seu ipsum furem: cognito enim defectu (perinde est, quantum ad materiam præsentem, sive sit intrinsecus, sive extrinsecus) cui res vendita erat obnoxia, tenetur venditor emptori de damno compensando, si ve cum seruo indempem; prout vendito vitro pro gemma, tenetur cognito defectu rescindere contractum seu reddere pretium. In præsentem autem res vendita subiacebat notabili defectui, nempe quod sit aliena, ideoque non transferribilis in dominium emptoris; qui proinde

*Mora cul. Pabilis factio detentioem deinceps injam.*

*72. Consumens bonâ fide non tenetur, nisi in quantum factus est ditior.*

*73. Quid si res sibi donatam bonâ fide alteri donaverit.*

*74. Si sic emptam alteri vendiderit, secus actionem emptor habet actionem ad repetendum pretium.*

ius habet rescindendi contractum, nec potest invitatus obligari ad alium, cum quo negotium non fuit, sed potest immediate convenire eum, quodcum contraxit, qui tenetur emptori de evictione rei facta per dominum L. 1. & alij ff. & C. de Eviction.

75. Ad quid domino remeatur primus emptor, si secundus non comparcat.

Si secundus emptor non reperiat, aut res sit ab eo citra augmentum rei familiaris destructa, Bannez q. 62. de Restit. a. 6. dub. 2. & Arragon qu. 52. art. 6. consent venditorem sive primum emptorem dedere domino dare pretium acceptum; cum iactura pretii prius a se dati furi; supponentes venditorem pretium a secundo emptore acceptum non fecisse suum. Quod falsum est: cum contractus aequaliter fuerit validus arg. L. 34. §. 3. ff. de contrab. Emp. Nec minus potest primus emptor, quam dominus ex hoc pretio se indemnem servare. Quare alii Doctores passim contrarium sentiunt; eo quod non sit titulus, unde obligetur primus emptor; cum amplius non extet apud ipsum, neque ex ea factus sit ditior; pretium enim ex venditione acceptum, antea dederat emendo, quod si tamen pretium amplius acceperit, quam prius dederit, ad auctarium saltem domino reddendum erit juxta Doctores communiter obligatus; nisi forte excessus pretii censeri possit fructus merae industriae.

76. Quid a gentium si donatarius bona fide rem furivam vendiderit.

Si quis denique rem alienam sibi donatam vendiderit, cognito defectu tenetur emptori rescisso contractu pretium reddere, & hic rem domino; aliis si destructa sit, debet pretium domino reddi, ex quo videlicet venditor factus erat locupletior: nisi forte pretium ludendo aut aliter sine emolumento proprio consumplerit ea occasione; secus si nihilominus aequivalens consumpsisset, adeoque rebus suis parendi factus censetur ditior.

77. Res furtiva bona fide empta, si alia causa absit, dominus restituenda.

Quaestio autem hic solemniter movetur, an emptor bonae fidei, cognito quod res sit aliena, possit eam rescisso contractu reddere furi, ut ita recuperato pretio se servet indemnem, etiamsi dominus vix aut nullatenus rem suam a fure recuperare possit? Si enim a fure facile recuperaturus sit, & emptoris aut furis non parum interfit, ut furi reddatur, licitum id est. Ut & oppositum illicitum, quando gratis rem accepit, adeoque sine alio damno potes ipsi domino, aliis difficulter recuperaturo reddere, aut etiam si re emptam domino reddita, possis facile a fure recuperare pretium.

78. Potest tamen probabiliter restitui furi rescisso contractu, ut recuperetur pretium.

Resp. ad quaestionem Affirm. Ita Alen. Gabriel, Angelus, Silvester, Navarrus, Petrus Navarra, Bannez, Aragon, quos citat & sequitur Viggers c. 4. dub. 2. Item Lessius cap. 14. dub. 3. Toletus, Vasquez, Bonacina, Malderus & alij citati a Diana P. 1. Tract. 8. Resolut. 69. contra Soto, Joannem Medicum, Herincx Sum. Theol. Pars III.

na, Molina & alios, quos citat Diana supra. Ratio est: quia ex nullo capite sufficienter ostendi potest id esse illicitum. Contractus enim, esto validus, saltem est rescindibilis, etiam invito domino, ratione erroris, qui causam dedit; rescisso autem contractu potest pretium a fure repeti. Quod autem in manus furis, unde sine noxa fuit accepta, reponi possit, colligitur ex eo, quod innocua contrectatio & existentia rei apud possidentem non videatur illum posse reddere obnoxium ad servandam rem & domino reddendam cum aequali suo damno, & quidem occasione ipsius rei (quae causa est dati pretii) alias tolerando. Neque dominus propterea potest rationabiliter esse invitatus: cum in pari causa & innocentia nemo videatur obligatus sibi tantum nocere, ut alius habeat rem suam. Contraria tamen opinio non levibus nititur fundamentis, ut videtur est apud Silvium q. 62. a. 6. Quaestio 1. Conc. 6. ubi illam tenet, & Lugo de 17. §. 2. Nonnulla breviter objiciemus & dissolvemus.

79. Obiectio prima. Resp.

Nec refert, quod fure disparente, debeat res domino etiam cum iactura pretii restitui, neque idcirco possit alteri vendi. Nam tali casu deest justa occasio se servandi indemnem; quod citra injuriam domini facere non possum vendendo rem, quam scio non esse meam. Aliud est in repositione rei loco pristino, ut vitem damnum, non tantum intrinsicum, consistens in ipsa rei restituendae carentia (quae etiam locum habet in eo, qui rem gratis accepit) sed insuper extrinsecum consistens in amissione aequalis pretii.

80. Obiectio secunda. Resp.

Non refert etiam, quod si loco rei propriae extorserim a fure rem alterius similiter ablatam, non possim hanc furi reddere, ut meam obtineam. Nam (quidquid sit de ipso assumpto) res alterius non est mihi nociva, neque est apud me cum mea gravamine, quod in se nullum mihi accidit (secus quam ex re empta) magis, quam si non extorta e manibus furis, alia occasione apud me esset. Non posset autem equus v.g. alterius apud me existens alia occasione tradi furi, ut ad ipso accipiam rem meam, aut mihi debitam.

81. Obiectio tertia. Resp.

Non refert III. quod in casu videatur non tam vitari proprium damnum, quam acquiri lucrum (quod facere non possum circa rem alienam cum domini detrimento) recuperando scilicet dominium pretii, quod transferat in furum, tamen si dominium mercis, non transiret in emptorem: Nam concessio quod dominium pretii transisset in furem; nihilominus in casu vere evitatur damnum, non quidem consistens in amissione pecuniae, utpote iam amissae, sed in amissione spei (quae in casu tantumdem quasi valet, atque ipsa pecunia) illam mihi jure debitam recuperandi.

82.  
Objectio  
quarta.  
Resp.

Non obstat IV. Quod dominus possit vindicare rem apud salē eniptorem repertā, qui etiam ad reddendam dominum cogere in foro externo. Nam iusto modo reddendo rem furi, adeoque deinceps apud me nō extantem, nō impeditur directē vel per injuriam dominum à vindicatione rei suæ, etsi ipsa per accidens ratione malæ voluntatis furis (quam ego non foveo; sed iustē permitto, dans simul occasionem restituendi, dum, ne retineam alienum, rescindo contractum) sit difficilior. Iudex autem rationaliter facit, quod expeditius est, nolens dominum ducere per ambages, sed ipsi concedendo vindicationem rei suæ apud emptorem, qui etsi non debeat domino reddere, nequit tamen vindicantem impedire, aut ei resistere: sicque iudex ex consequenti & indirectē impedit, quominus reddatur furi, etsi huic in conscientia licitē, tradi possit; antequam judicialiter repetatur, vel absque eo, quod directē impediat actio aliqua, quam dominus circa rem suam vult & potest exercere.

83.  
An emptor  
malæ fidei  
possit reddere  
rem furi,  
ut pretium  
recuperet.

Quod si tamen emptor fuisset malæ fidei, deberet ex communiori Doctorum sententia pati jacturam pretii, nec posset rescisso contractu (qui fuit invalidus) res furi reddi ad servandam indemnitate: eō quod talis teneatur etiam ratione iniquæ acceptionis, cuius factus est reus per tale cum fure commercium, adeo ut teneretur domino reddere pretium rei, etsi ipsa fortuitō perisset: ac proinde non mirum, quod teneatur illud perdere; ne res pereat domino, si furi reddatur; cui ne reddatur, dominus est irrationabiliter inivitus. Nonnulli tamen (referuntur autem *Alensio, Gabriel, Angelus, Sylvester à Lessio c. 14. dub. 3. nu. 21.* qui addit uti & *Malderus Tr. 4. c. 3. dub. 2.* non videri improbableē) censent etiam posse reddi furi, dum factem mox sive huius statu non peiorato id fiat rescisso contractu: quasi fas sit sibi consulendo præ altero se servatē indemnem, reponendo rem pristino loco. Verum alii respondent ipsum hac se potestate privatē per iniquam acceptionem, adeoque per actionem furtivam; quā obstrictus non potest rem ponere peiori loco, quàm apud se sit; adeoque nequit eam reddere furi, sed domino. Interim videri potest *Lugo sup. n. 37.* pro altera sententiā (quam præfert) discurrens.

Nec obstat, quod etiam prædo ante omnia sit restituendus c. *In literis, de Restitut. Spoliat.* Nam fur in præsentī non est spoliatus, sed voluntariē exutus possessione rei. In casu etiam c. *In literis*, supponitur prædo non esse legitime convictus, neque in facto deprehensus, ut proinde sit prius iudicandum an sit prædo.

84.  
Qui fructus  
sunt restituendi  
ratione rei

Pro sine nota, quod dum res aliena est fructifera, domino comparenti restituendi sunt fructus extantes, non tamen bonâ fide consumpti, nisi in quantum consumens in-

de factus est ditior. An autem eatenus saltem restituendi sint, seclusa præscriptione, disputatur. Et quidem multi Jurisperiti negant, non sine fundamentō in iure, quod vide *disp. 4. q. 8. nu. 160.* ubi de modis acquirendi dominium egimus. Idem videtur nō omnino improbabile *Lessio c. 14. dub. 2.* etsi oppositum putet verius; quod habet communis sententia, præsertim Theologorum. Non video tamen, quod ita faveat apertus textus *L. Si & non Titium 32 ff. de rebus creditis, si certum petatur*; ut scribit *Lessius sup. &* post eum *VViggers. c. 4. dub. 1. nu. 3.* Idem *Lessius* referens *l. 25. §. fin. ff. de Usuris*, censet haud æquum videri, quod ibi haberet, & alijs legibus contrarium; additque huiusmodi antinomias interdum reperiri in Digestis, quas frustra nituntur Interpretes conciliare. Estque indubie attentâ ratione, ac præcedendo à Legum dispositione inherendum doctrinæ apud Theologos receptori. Non satis tamen ostenditur, per Leges haud potuisse dominium fructuum in se non extantium transferri simpliciter, adeoque sine onere restituendi in bonâ fidei possessorem (quod in factum, disputabile est) uti transfertur per ulucapionem.

QUESTIO V.

Quo Ordine & Modo sit faciendâ Restitutio?

DUM bona debitoris sunt sufficientia, omnibus creditoribus ad æqualitatem perfectam satisfaciendum esse constat. Neque tunc necessariō attenditur ordo vel præferentia (cujus utique præternisso termini tunc est damnosa) quæ aliâ attendenda est, quando creditor non est solvendo ex toto.

Certum autem in primis est, quod cum creditoribus sit satisfaciendum ex bonis debitoris, non ex alienis, ante omnia sit res aliena, si apud debitorem extet, ipsi domino restituenda. Quare etiam si dominus non appareat, seu incertus sit, certō tamen sit res aliena, est restituenda ijs, quibus bona incerta restitui debent. Unde si apud te sit ex delicto, debet restitui pauperibus, saltē ex juris Canonici dispositione. Idemque plerique censent, etsi sit inventa, et ex iusto contractu debita. Quamvis hoc non ita constet, quin immo à varijs negentur. Quorum opinioni inhærendo, posset ex ea satisfieri creditoribus, si dominus sciri nequeat, quatenus illa sit debitoris hoc ipso, quod vult & potest eam sibi tamquam pauperi retinere. Immo consequenter dicendum videretur, ipsum ad hoc teneri: etsi contrarium insinuet *Lessius c. 13. dub. 1. n. 6.* Quod planius est, si & ipse debitor sit pauper, qui sibi tamquam pauperi potest rem applicare

85.  
Ordo inter  
creditoribus  
servandus,  
cum debitor  
non est solvendo.

Res in specie  
ex omni  
omnia restituta.

Quid si  
dominus sit  
incertus.

applicare, adeoque applicatam dare creditoribus in solutionem. Nisi forte spe existente, ne quando dominus appareat, applicanda sit pauperibus, & quibus speratur restitutio, v.g. Xenodochio.

86. Varia Collaria.

Hinc etiam si res empta vel alio contractu accepta non transferit in dominium debitoris, est ante omnia restituenda (nisi pretium justum & in contractum deductum detur) creditori seu potius domino, immo & ab hoc vindicari potest, in quemcumque translata foret. Quod locum habet in re per aliquem empta ab Ecclesia, Fisco, vel minore, quæ etiam tradita (ut ostendit Lessius c. 18. dub. 1. n. 7.) non transit in dominium emptoris, etsi sit vendita credito, seu habitâ fide emptori, ante per solutionem pretii. Idem censent Doctores de re vendita vel alienata per metum seu

Dominium rei vendita & tradita non transit semper in emptorem.

Quando presumatur fides habitâ emptori.

Quando presumatur fides habitâ emptori.

87. An quando transit res in dominium emptoris non per solutio pretii, venditor habeat in re preferentiam. Opinio affirmans.

Sed controversia non levis est inter Doctores, an quando res vendita transfijt in dominium emptoris, habitâ ei fide de pretio, & venditor non est solvendo omnibus creditoribus, maneat eadem res venditori obnoxia, quamdiu extat apud primum emptorem, sic ut ipsa vel pretium debet integrè ei ante alios restitui.

Varii affirmant, Baldus, Cætanus, Joannes Medina, Navarra, & alii, quos citat & sequitur Lessius cap. 15. dub. 2. eò quòd videatur dissonum æquitati naturali (est quæ proinde singulariter durius, teste experientia) ut res apud emptorem adhuc extans insoluta assignetur alijs, venditor tam quoad rem, quam quoad pretium defraudato, neque censetur venditor transferendo dominium abdicasse jus saltem hujusmodi recursus. Secus est, si ulterius sit vendita tertio; utpote qui primo venditori nil debet; prout huic debet secundus venditor.

88. Opinio negans preferentiam.

Oppositum nihilominus est in rigore juris verius, & docent Covarruvias, Molina, Petrus Navarra, Malderus, VViggers, Lugo, Zoesius & alii, tum Theologi, tum Juris-

consulti passim. Ratio est: quia translato rei vendita dominio non manet ipsa venditori hypothecata, vel realiter affecta, sive jure naturæ (uti est in confesso) sive jure Gentium aut positivo, quod nullum ostenditur, vel cum solido fundamento allegatur. Neque etiam ex contrahentium conventionibus, quæ hic nulla supponitur, & pari ratione afficere posset rem etiam apud ultiores emptores existentem. Neque est cur ex æquitate naturali potius censetur induci hypotheca inchoata, dum habitâ est fides emptori, quam dum fides intercessit fidejussoris, qui sit impotens, sicut ipse emptor. Unde in foro etiam externo iudex deberet ita secundum rigorem juris (nisi alibi moribus temperatus sit) judicare. Videri potest Zoesius ad ff. Qui potiores in pignore n. 12.

89. Occurritur objectioni.

Nec obstat L. Julianus 13. §. 8. ff. de Act. empr. ubi dicitur: Venditor enim quasi pignus retinere potest eam rem, quam vendidit, donec scilicet pretium solvatur. Nam inde potius à contrario sequitur, non esse quasi pignori locum, si venditor rem non retineat, sed fidem emptoris sequendo tradat, ac potestati emptoris cedat.

90. Solutio certorum debitorum preferenda solutioni incertorum.

Petes, an debita certa sint præferenda incertis (quæ quidem constat deberi, sed sciri nequit, quibus in particulari) etsi ex delicto contractis, dum non extant res, quæ sunt sub dominio damnificatorum vel creditorum? Resp. cum communi sententia Aff. quia secluso jure positivo, id omnino fieri posset; si non deberet; jus autem positivum decernens applicanda pauperibus (quod saltem extat circa debita incerta ex delicto) non censetur voluisse præjudicare juri certo aliorum. Et planè æquitas idem dicat fieri debere: sic ut hoc ipsum censent ipsi damnificati aut creditores, & desuper interrogari possent. Accedit, quantum ad debita incerta circa delictum, ea probabiliter posse creditorem retinere sibi, adeoque videri obligatum, ut consequenter accrescat solutio certorum debitorum.

91. Inter creditores preferendi hypothecarii.

Inter creditores certos, ijs, qui sunt merè personales, seu chirographarii, necessarid præferendi sunt, etiam usque ad plenam satisfactionem juxta vires facultatum, hypothecarii, seu qui habent hypothecam in re, in quantum se ipsa hypotheca extendit L. 9. C. Qui potiores in pignore, idque sive sit expressa, & voluntate scilicet contrahentium, sive tacita seu legalis, ex privilegio scilicet legis: quia nimirum ijs competit actio realis in hypothecam, eaque idcirco creditori ad securitatem datur, ut in omni eventu possit inde obtineri solutio.

92. Inter hos res tempore preferendi tempora priores.

Inter ipsos autem, qui super eadem re habent hypothecam, præferendi sunt priores res tempore, non quoad contractionem debiti, sed quoad constitutionem hypothecæ.

thece, L. 8. C. Qui potiores in pignore; ut proinde etiam in ijs locum habeat Regula 54. Jur. in 6. Qui prior est tempore, potior est jure. Unde non solum expressa sed etiam tacita prior præfertur expressæ posteriori, ut contra Silvestrum & Navarrum docet Covarruvias, Lessius & alii, & colligitur exemplo hys pothecæ dotalis, quæ est tertia. Similiter hypotheca generalis, seu omnium bonorum præfertur speciali posteriori, ut contra Silvestrum patet et L. 2. ff. Qui potiores in pign. & L. 6. C. eod. tit. Quod autem L. 2. C. de pignor. & hypothecis dicitur, tuum pignus posterius debere tibi saluum esse; intellige, si certo sufficiat habenti generalem hypothecam res alia specialis in hypothecam data ad plenam satisfactionem; eam enim inde percepta, saluum manet alteri posterius pignus suum. Mechliniæ tamen hypothecam specialem posteriorem præferri priori generali refert Christmannus ad Consuet. Mechlin. Tit. 13. a. 14.

Est posterior hypotheca sit expressa.

vel specialis.

93. Nisi hypotheca posterior sit privilegiata.

94. Hypothecarios sequuntur creditores chirographarii.

95. Impensa funeris quomodo privilegiata.

Varijs tamen casibus hypotheca posterior præfertur priori ex privilegio speciali legum. Sic hypotheca posterior munita per scripturam publicam præfertur priori, quæ nititur scripturæ privatæ ( nisi & hæc trium saltem probatorum testium subscriptione sit munita ) ut periculum fraudandi creditorem amoveretur. L. Scripturas 11. C. Qui potiores in pign. Simile est privilegium hypothecæ dotalis, item fisci in bonis debiticis, v.g. Receptorum seu Quæstorum. Advertendum tamen quantum ad fiscum excipi causam pœnæ, quæ sequitur alios creditores, qui sunt ante pœnam L. In Summa 17. L. Quod placuit 37. ff. de jure fisci; ne crimen debitoris redundet in detrimentum creditorum. Alios casus vide apud Lessium 6. 15. dub. 4. Zoesium ad ff. Qui potiores in pign. & ad ff. de Privil. creditorum. Gudelinum l. 4. de jure Noviss. c. 18. & reliquos Jurisperitos ad d. Tit. Juris.

Post hos sequuntur creditores personales, qui nempe solum personam, non autem rem aliquam debitoris sibi obligatam habent. Et inter hos ( uti & cum proportione fit inter ipsos hypothecarios ) præferendi, qui habent personale privilegium prælationis, prout juxta L. Quæstum §. fin. & L. Inverest ff. de Privil. credit. habet sponsa de futuro in bonis sponsi & dotem traditam non secuto matrimonio, & quidam alii, de quibus Lessius, Zoësius, Gudelinus locis citatis.

Specialiter autem privilegiati sunt sumptus funeris. Nam ( ut L. 4. ff. de religiosis & sumpt. funerum dicitur ) impensa funeris semper ex hereditate deducitur, quæ etiam omne creditum solet precedere, cum bona solvendo non sint. Immo juxta communem sententiam ( ut refert Lugo d. 20. f. 5. in princip. ) debitum hoc reliquis omnibus etiam hypothecis est præferendum: quod tamen varii, præsertim Jurisconsulti, non ita universaliter admittunt, ut videre est apud Zoesium

ad ff. Qui potiores in pign. & Gudelinum sup. Intelligit id autem Doctores de eo, quod contractum est ratione funeris ipsius debitoris, vel ejus sumptibus sepeliendi, puta uxoris aut filii. Et quidem de moderatis sumptibus, nim ad pompam spectantes non possunt adhiberi ( nisi quis velit de suo ) neque debent à creditoribus, circa tales merito invitis, compenari. Extendi etiam id solet ad sumptus factos causa hereditatis, v.g. pro scriptione testamenti, pro confectioe inventarii, pro conservatione supellectilis, & similibus necessariis adhibendis, quæ in bonum ipsorum creditorum.

Inter ceteros, creditores ex titulo seu contractu oneroso, vel delicto ceteris paribus sunt præferendi ijs, quibus aliquid debetur ex titulo gratuito seu contractu lucroso, juxta communem sententiam Doctorum, ut refert & sequitur Lugo d. 20. f. 7. §. 1. Nam in gratuita promissione censetur merito subintelligi conditio, nisi status rerum mutetur, vel nisi strictior obligatio sive impedimentum obstat. Unde L. Inter eos §. Is quoque ff. de re judicata, dicitur: Qui ex causa donationis convenitur, in quantum facere potest, condemnatur & quidem is solus, deducto ære alieno.

Creditoribus succedunt legatarii: cum enim legata ex bonis defuncti præstanda sint ( quæ non nisi deducto ære alieno seu omnibus debitis intelliguntur ) idcirco omnibus creditoribus legatarii postponuntur; à quibus etiam jam accepta avocare possunt creditores, ut sint indemnes, L. 4. ff. de Separationibus, L. Scimus §. Si vero C. de jure deliberandi. Heres nihilominus ( qui aliàs tantum habet, quod superest solutis debitis & legatis ) potest detrachere legatis, quantum necesse ad obtinendam legitimam, si sit necessarius: ut quædam bonorum, quæ vocatur Falcidia, si sit heres non necessarius, ut habet Lessius sup. n. 35.

Prædicta verò jure constituta sunt ex æquitate ad publicum bonum, neque nituntur solum in aliqua præsumptione, adeoque sunt etiam in conscientia observanda juxta Doctores communiter: nisi in varijs locis mores vel leges municipales prævalentes, adeoque servandæ ibidem, aliud interdum habeant. Provis in his Regionibus ex Edicto Caroli V. ( ut refert Gudelinus L. 4. de jure Noviss. c. 18. ) nulla dotium, quæ à mercatoribus constituuntur, est prærogativa: eò quod sæpenumerò immensæ dotes à mercatoribus in fraudem suorum creditorum dicerentur. Agramen Antwerpia, quod mulier ex sua parte intulit, viâ præferentiæ efferte potest ante creditores personales; etiam pro rebus in victum traditis alijsque nonnullis ex causis etiam ipsa obligetur, ut refert Zypæus in Notis, Jur. Belg. Tit. de hereditate vel actione vendita.

Similiter

Dim tamen moderata sint.

Ad quos idem extendatur.

96.

Creditoribus ex contractu præferendi ijs, qui ex gratuito.

97.

Creditoribus succedunt legatarii.

Quid tamen computat heredi.

98.

Legatus sit solus sumptus funeris in conscientia observanda.

Mores etiam circa præferentiam dicitur.

99. Mercedum famulorum &c. sunt hic privilegiata.

Similiter moribus nostris privilegiata censetur causa mercedum famulorum & artificum, rem in victum & medicam traditarum, medicorum honoraria & similia: Sed ante omnes sumptus funeris moderati pro qualitate defuncti, ut refert Zypaeus in Norit. jur. Belg. Tit. de Executione rei iudicata addens ex Christino ita iudicatum in Curia Mechliniensis. Praeterea mores receperunt, in redditibus annuis, qui ex re praestantur, & jus quoddam proprietati aequè simile, atque hypothecae continet, vi illorum actionem hypothecariam contra possessorem dari in solidum, ut refert Zypaeus sup. Tit. De heredit. vel act. vendita. Verum (ut ait Zoësius in ff. Qui postores in pign. n. 5.) moribus nostris non aliàs hypotheca afficit rem immobilem, nisi adhibitis operis legis, id est, coram loci iudice, ubi res sita. De ordine inter creditores servando juxta consuetudines Mechlinienses fusè & pertinenter tractat Christinus ad leg. municipal. Mechl. Tit. 13. meritò in ordine ad praxim videndus.

Quid exigatur, ut hypotheca rem afficiat.

100. Pauperes creditores an diviores praesentibus praesentibus.

Dubitatur I. An seculo alio praerogationis privilegio, possint pauperes praefertri divioribus. Affirmant nonnulli, & refertur etiam P. Thomas Opusc. 73. c. 18. Sed communis & vera sententia negat, nisi forte extrema vel gravis paupertas subsit, quae ex charitate sit per hujusmodi praerogationem sublevanda. Aliàs enim non constat eis aliquod praerogationis privilegium competere, sive ex jure positivo, sive ex jure naturae; quia dives & pauper aequale jus habent ad sibi debita, etsi pauper majus patiatu incommodum.

101. An debita ex delicto sine praesentibus delicti ex contractu, vel contra.

Dubitatur II. An inter creditores personales praerogandi sint, quibus aliqua sunt debita ex delicto ijs, quibus aliqua debentur ex contractu oneroso, ut vult Joannes Medina, Salon, & D. Thomas Opusc. 73. cap. 18. (quod tamen non esse ipsius, utpote distincto caractere in editione Romana impressum, notat Sylvius q. 62. n. 8. quaest. 2. concl. 7.) ut refert Viggers c. 5. dub. 4. An vero è contrà, ut vult Casteranus, Navarrius, Bartholomaeus Medina, & quidam alii juxta Viggers sup. Resp. cum communiori sententia non esse inter hos praerogationem, sed (si aliud privilegium particulare desit) concurrere creditores eorumdem in pari gradu, iisque pro rata satisfaciendum. Ratio est: quia de hujusmodi praerogatione nil est jure positivo statutum, ut patet: nulla quoque ratio urget illam, attento jure naturae. Confirmatur: quia est aequalitas debiti justitiae, estò in debitis ex delicto praesupponatur major injuria, quae praecisè damno (quod est aequale) ad summum confert jus ad aliquam satisfactionem personalem. A majori quidem peccato prius est recedendum; at receditur per veram poenitentiam, cum proposito restituendi singulis juxta gradum obligationis, quae est

aequalis. Sic ut quamvis in contractu delictum non supponatur, sequeretur tamen, si creditore invito non fieret proportionata restitutio, qui illam rationabiliter exigit, & ne omitatur, est meritò invitatus: adeoque dum spes est restitutionis, aequaliter concurrere nititur. Nec etiam favet opinioni Bartholomaei Medina, quòd debitum ex contractu involvat obligationem, tum justitiae, tum fidelitatis: accessoria enim haec seu secundaria obligatio non potest praerogare juri alieno, cum fidelitas sine hujusmodi praerogatione tertii sit alteri servanda: uti idcirco non praedesset iterata solutionis alicui faciendae promissio, ut ceteris alioquin paribus praerogaretur.

Dubitatur III. An inter creditores personales sint praerogandi priores tempore juxta Regulam juris: Qui prior est tempore, potior est jure? Affirmat Lugo d. 20. sect. 7. §. 2. & plurimi alii gravissimi Doctores ex eadem regula. Vi cujus etiam inter dignitate pares datur praerogatione ei, qui tempore est prior. Idemque in praesenti videtur satis consonum aequitati: quando enim priores creditores jus acceperunt, debitor erat magis solvendo, ac proinde aequum apparet, ut non fraudentur ob alia debita subsequencia, quae cum detrimento priorum creditorum contracta sunt. Unde etiam qui promissit matrimonium duabus, obligatorum priorem ducere. Nec refert, quòd L. 1. §. 2. ff. de Separat. dicitur Licet alicui adjiciendo sibi creditorem, creditoris sui deteriorem facere conditionem. Nam sit adhuc prioris conditio deterior, quatenus alter prius petendo potest efficere se potior.

102. Inter creditores personales an prior tempore sit praerogandus. Opinio affirmans satis consona aequitati.

Oppositum nihilominus tamquam verius docet Lessius c. 15. dub. 6. referens Antoninum, Silvestrum & alios passim. Videturque communis sententia, ac in praxi etiam forensi recepta Jurisconsultorum, Baldi, Zoësi, Tuldani, Gudelini & aliorum. Ratio est: quia juxta leges, omnes hujusmodi creditores censentur conditione pares, sic ut singulis sit pro rata debiti solvendum; ut patet L. Privilegia ff. de privil. creditorum L. 6. C. de bonis auctoritat. jud. possid. Apertè etiam favet L. 1. ff. de Separat. quae planè praeter mentem detorqueatur ac restringitur ad modum ibi ab adversarijs allegatum. Simili ratione L. Si hominem §. fin. ff. Depositi dicuntur omnes deponentes esse simul sine ordine admittendi. Proinde regula juris respicit, tamquam hypothecarios, obtinentes dignitates, aliove casus, de quibus canones aut leges sic disponunt, vel non statuunt oppositum; ut proinde expressiori derogatione opus fuisset contra leges aliud in praesenti satis apertè statuentes. Et saltem leges (secundum quas censentur contractus ex mente contrahentium fieri, & quae favent indifferenti omnibus

103. Negativa in rigore juris verior.

bus pro re nata) id statuunt; prout statuerent possunt; ad vitandas litium molestias, & ob commiserationem cum posterioribus creditoribus; uti etiam hypothecam posteriorem interdum priori ex causa præferunt. Quamvis alioquin regulariter inter hypothecarios tempus faciat potior rem creditorem, uti inter chyrographarios causa; ob quam privilegium prælationis fuerit concessum.

104.  
Prius petentes quæ præferendi.

Quo cessante, adhuc potior fit causa prius petentis, adeoque sibi vigilans accipiendum debitum, potior est, etiam si sciverit debitorem non esse solvendo, antequam bona debitoris auctoritate iudicis occupentur seu possideantur à creditoribus (per possessionem jus omnium fit æquale) vigilantibus enim jura subveniunt. Idque expressè habetur *L. Quod autem 6. ff. Secundum ff. Quæ in fraudem creditorum.* Quod & locum habet, si sententiam quis pro se obtinuerit, simul & executionem ante alios; aded ut & potior sit, qui prius obtinet executionem, etsi posterius sententiam *L. 19. ff. de re judicata.* Additque *Zoesius, ad ff. Qui potiores in pignore, citans L. 6. & 8. C. de distract. pignori* (ubi tamen nil apparet ad propositum) si fiat executio nomine posterioris auctoritate publicâ, videri obesse priori hypothecario, scienti tamen & tacenti.

105.  
Nequit creditor præferri sibi nisi si sponte uni præ alijs non petentibus solvendo.

An hi solum restituere queant.

Nota, non posse debitorem sine gravi peccato sponte suâ gratificando præferre unum creditorem personalem non petentem alteri; aliâ enim facit huic præjudicium, cui æquè est obligatus. Creditor nihilominus juxta *Lessium c. 15. dub. 5. VViggers c. 5. dub. 6.* & alios, pot. fit sic solum retinere, non solum pro foro externo (quod patet ex *L. Quod autem, & L. Pupillus ff. Quæ in fraudem credit.*) sed etiam pro foro conscientie, eò quod leges prædictæ non fundentur in præsumptione, adeoque locum habeant etiam in conscientia, concedendo majus jus creditoribus sic solum, quod quidem proprium erat debitoris, neque in sua specie alijs obligatum; utpote qui solum habent jus in personam debitoris, non tamen negotio acceptam oblatam solutionem, ad quam etiam offerendam poteram petitione incitare. Immo prædicti Doctores idem censent cum *Molina Tr. 2. disp. 536.* etsi alii creditores prætermitti habeant privilegium merè personale præterentis; utpote quod non facit rem ipsam ijs obligatam. Quamquam præmissis contradicat *Sylvius qu. 62. Quæstio 2. Conclus. 8.* eò quod acceptatio solutionis videatur cooperatio ad actionem injustam debitoris. Ad quod tamen in favorem prioris sententiæ responderi posset, istam cooperationem ex parte acceptantium non esse injustam, cum ad acceptandum jus habeant, vi legum. Præterea obligatione spontanea etli injusta prævia, acceptas non solet omit-

tere expressionem desiderii de solutione, quam proinde censetur petere, sicque prior fieri.

Petes an debitor, qui non est solvendo, possit repudiare hereditatem oblatam aut legatum, quando hæc vix posset providere creditoribus de pleniori, aut etiam plenissima solutione? Resp. Neg. Justitia enim, uti obligat debitorem ad solutionem, sic etiam ad media, quantum saltem absque incommodo suo notabili potest, procuranda, adeoque potius ad non repudianda, quæ sponte offeruntur. Leges autem, quas adfert *Parsi* in responsione non dissentiat quoad forum conscientie (Sanchez, *l. 6. de Matrim. d. 4. n. 8.* solum negant in foro externo actionem rescissoriam repudiationis, etsi ab eis non approbatae.

106.  
Debitor, qui non est solvendo, nequit repudiare oblatam hereditatem.

#### QUESTIO VI.

Quo Loco, Cujus onere, Quomodo, Quando facienda Restitutio?

Resp. I. Si restitutio sit debita ex delicto, facienda est expensis & periculo restituentis eo loco, quo res foret, si culpabiliter subtrahata non fuisset. Nam ex lege justitiæ debet ita fieri restitutio, ut dominus ex iniqua acceptance nullum patiatur detrimentum; ergo debitor debet ferre illas expensas, easque suæ injustitiæ imputare.

107.  
Res in delicto sita, si sumptibus delicti restituitur.

Dices, ergo tenebitur ad amplius, quam ad rei ablatæ compensationem. Resp. non teneri amplius domino dare, debere tamen adhibere media; ut dominus, quod suum est, recipiat. Nec refert, quod forte dominus migraverit ad locum remotiorem, nam ipse ratione injustitiæ alterius non debet amittere libertatem se transferendi, & si res illa inter alia bona creditoris remansisset, forte parvo vel nullo sumptu translata fuissent. Si tamen in illius rei transportatione debuisset dominus facere particulares sumptus, illi deduci poterunt: non enim tenetur cum lucro domini restituere.

Advertendum hic est, si res in præsentia possit sine magnis sumptibus restitui, ex quadam æquitate posse non nihil differri restitutionem: modò dominus inde nihil vel parum damni pariat. Si verò is fuerit rerum status, ut nisi in præsentia fiat, numquam fieri poterit restitutio, tenetur injustus acceptor, etsi magnis sumptibus, immo valori rei æqualibus, rem vel ejus pretium mittere, quia propter hoc non debet creditor in perpetuum re suâ privari, nisi probabile foret, domino non displiciturum, quod eo casu pauperibus vel amicis distribuatur. Quod si ambiguum foret, per litteras peti debet. Si autem res injustè accepta sit parvi momenti, & absque

108.  
Quid si sumptus sint non biles.



que duplo vel triplo sumptu restitui ali-  
quando nequeat, tunc praelumi possit do-  
mino non displicere, si ea pauperibus præ-  
sertim amicis distribuatur.

109. *Quid si  
missa  
restitutio  
fidei nun-  
tio, aut con-  
fessario ne-  
gligatur.*  
Hinc sequitur, quod si per fidelem nun-  
tium, aut confessarium restitui curaverit,  
& is non restituat, vel perdat, adhuc in ri-  
gore manet obligatus: suo enim periculo  
debet facere restitutionem. Et iniquus ac-  
ceptor etiam casus fortuitos tenetur domi-  
no præstare.

Nec obstat, quod (ut nonnulli obijciunt)  
talis fecerit quiddam in talibus circum-  
stantiis facere potuit & debuit: nam  
qui impotens hic & nunc satisfacere plenè  
à satisfaciendo abstinere, facit quod hic &  
nunc facere debuit (ut scilicet non peccet)  
& tamen manet obligatus. Itaque non facit,  
quod adhuc postea facere potest & debet,  
nempe ut dominus cum effectu recipiat,  
quod suum est.

110. *Ubi est  
onere sa-  
cristia resti-  
tutio debita  
ut re ac-  
cipia.*  
Resp. II. Si restitutio debeatur solum  
ratione rei acceptæ, restituenda est res in  
loco, ubi habetur, nec est necesse eam  
mittere domino expensis proprijs, sed do-  
mini; ut si bonâ fide emeris rem à fure,  
non tenentis cum tuo damno dominum  
querere, vel ei rem suam transmittere; cum  
enim ipsum per injuriam se suâ non privaveris,  
æquum non est, ut graveris. Unde  
eo monito, quomodo velit rem sibi  
transmitti, solum interim tenentis ad custo-  
diam, in qua si sumptus faciendi sint, tenetur  
eos dominus refundere *L. 2. ff. de Nego-  
tjz gestis*. Immo si contingat debitorem  
mutare locum, & non possit tunc deponere  
rem apud alium, potest illam secum  
avchere, sumptusque etiam in avchitione  
adhibitos à domino repetere.

111. *Si res ca-  
dam nu-  
mero sit  
reddi debi-  
ta ex con-  
tractu, ubi  
restituenda  
sit.*  
Resp. III. Si restitutio sit debita ex  
contractu, quo eadem numero res debet  
reddi, v.g. in deposito, commodato, lo-  
cato, conducto, facienda est (nisi interdum  
aliter iuste conventum sit) eo loco, ubi  
fuerat accepta: sicut enim eadem res quo-  
ad substantiam, sic & quoad locum, repone-  
nda est, sicque perfectissimè ponitur æ-  
qualitas. Ut proinde commodatarius non  
tenetur rem mittere ad locum procul di-  
stantem ab eo, in quo rem accepit. Quod  
si in restitutione ordinaria sint faciende  
expensæ, æquitas postulat, ut is illas ferat,  
in cujus commodum res fuit à loco abdu-  
cta, adeoque ipse contractus cedit, v.g. in  
commodato commodatarius, in deposito  
gratuito deponens. Ex quo videtur sequi,  
quod si cedat in favorem seu commodum  
utriusque, v.g. locatum conductum, de-  
beat rationem spectando restitutio fieri  
sumptibus utriusque pro rata, seclulo alio  
pacto vel consuetudine probatâ. Pericu-  
lum autem casus fortuiti, quo res periret  
aut raperetur in via v.g. subire debet ip-  
se rei dominus, cui citra culpam tertii aut  
aliud pactum, res propria perit. Qualiter

autem percat depositario, commodatario  
v.g. suppositâ culpâ, in superioribus di-  
ctum est.

112. *Quid si  
res alia sit  
vi contra-  
ctus resti-  
tuenda.*  
Resp. IV. Si debitum sit ex contractu,  
quo reddenda est alia res pro ea, quæ fuit  
accepta (v.g. in mutuo & venditione) re-  
stituenda est eo loco, ubi prior res fuit ac-  
cepta seu tradita, v.g. pecunia data mu-  
tuo Antuerpiæ, ibidem reddenda, pretium  
mercis ibi venditæ & à mercatore tradi-  
tæ ibidem solvendum: sic enim perfectissi-  
mè substituitur una res loco alterius, pro-  
ut vi similibus contractuum est facien-  
dum. Hinc etiam debitor census tenetur  
canones annuos solvere in loco, ubi est  
res censui obligata, cujus veluti fructus  
sunt annuæ pensiones, fructus autem (ni-  
si aliter conventum) solvendus, ubi nasci-  
tur. Aliud tamen potest interdum in  
pactum deduci, dum tamen onus alteru-  
ri obveniens debite compensetur. Pericu-  
lum autem in mittendo interveniens, sub-  
ire debet (nisi aliter iuste conventum) is,  
cujus est res, quæ tradenda seu reddenda  
mittitur: res enim seclusa culpâ, pacto seu  
mandato vel commissione sufficienti credi-  
toris, domino suo perit. Unde mittens per  
alium mercatori pretium mercis venditæ,  
si in via ipsum percat, mittenti perit, qui  
proinde venditori manet obligatus, donec  
ei vel ejus commissionem habenti pretium  
tradatur. Quo facit c. *Significante de pi-  
gnoribus*.

113. *Donata vel  
legata ubi  
solvenda.*  
Resp. V. Danda alteri vi donationis,  
legationis &c. nisi aliter in dispositione  
exprimatur, debentur in loco, ubi donata  
sunt: adeoque expensis creditoris ad alium  
transferuntur. Nam donator non censetur  
se vel heredes ad amplius obligare, quam  
ut rem donatam alteri permittant. Si tamen  
post donationem heres aliud se transferret,  
deberet in priori loco solvere.

114. *Quomodo  
debita sint  
restituenda.*  
Resp. VI. Occulta ex delicto debita,  
vel ubi aliâs periculum infamiæ, occulte  
publica publicè restituenda sunt, sic ut de  
restitutione saltem postea publicè constet,  
ad tollendam offensam aliorum, v.g. in  
publicis usuris. Deinde res ordinis inferioris  
non sunt restituenda, cum notabili res-  
pectivè detrimento in bonis ordinis superio-  
ris. Præterea restitutio non per partes,  
sed tota simul, quantum fieri potest, fa-  
cienda est; nisi creditor sit contentus, vel  
aliter conventum sit: conditiones enim iusti  
pacti sunt servanda. Denique perinde  
est, si per se, si per alium fiat restituti-  
o. Et quidem posterior modus in casu  
vitandæ infamiæ adhibendus est ita, ut  
committens alteri restitutionem, certio-  
retur sufficienter de impleta commissio-  
ne. Vide *Bonacina de restit. d. i. quæst. 7. p. unic.*

115. *Quando  
sit faciendus  
debitorum*  
Resp. VII. Debita ex re accepta vel  
delicto sunt statim, seu primâ opportuni-  
tate, moraliter loquendo, restituenda, nisi  
dominus

*Solutio seu restitutio.*

dominus aut creditor dilationem concedat, vel nisi hic & nunc dilationi irrationabiliter contradicat, adeoque irrationabiliter invitatus sit. Alias enim præceptum non detinendi alienum invito domino jugiter urget. Quando verò debitum restituendi seu solvendi est ex contractu, solutio est facienda tempore, quo inter partes expressè vel tacite conventum est: eoque transacto debitor potest & non solvens (nisi adfit consensus creditoris) est in mora culpabiliter cum injuria creditoris; adeoque cum obligatione compensandi damna seu interesse. Neque est necesse, ut creditor moneatur, ipsa enim dies seu tempus sufficienter pro eo interpellat. Si tamen debitor paratus sit tempore & loco statuto solvere, sed alter nolit recipere, aut dilationem concedat, aut absit nullo procuratore constituto, debitor interea immunis est à culpa moræ, & incommodis annexis. Uti etiam juxta *Malderum*, *Bunacina* & alios apud *Diana P. 2. Tr. 1. Miscell. Resol. 49.* debitor aliàs inculpabiliter morosus, non tenetur ad damna seu interesse, quæ procedunt ex mora inculpabili, nisi specialiter conventum sit: nequit enim obligari, nisi ex culpa vel pacto.

*Damna ex dilata solutione debitorum ratione contractus suis pari cogatur.*

116.

*Quid si terminus non sit præfixus, & creditor non urgeat. Ante diem an rectè fiat solutio.*

Quando denique non fuit constitutus terminus ad solvendum, & creditor non urget (nisi id ostendat ex metu, oblivione, similive causâ, prout frequenter contingit) dilatio non est graviter culpabilis, etiam planè dissuadenda. E contra verò suadenda acceleratio: nam qui citò dat, bis dat. Sic ut etiam tempus in contractu præfixum præveniri queat, quando nimirum in favorem, ut assolet, debitoris dies adjectus est: quilibet enim favori suo renuntiare potest. Secus foret, si adjectus sit (quod rarum) in gratiam creditoris; cum nulli jus suum vel commoditas minuenda sit. Atque ita procederet opinio. *Cujacii*, juxta *Zoesium ad ff. de Solutionibus n. 31.*

### QUÆSTIO VII.

#### *Quæ causa excuset à Restitutione?*

117.

*Compensatio liquidæ debiti excusat à restitutione.*

**P**rimò excusat debita compensatio si ve reciproca cœquatio, *L. Si ambo ff. de Compensationibus*, quando duo sunt invicem creditores, adeoque creditum unius absumit debitum alterius, & contra. Compensatio enim censetur debiti solutio, *L. Si debitor, ff. Qui pot. in pignore*. Ut tamen admittatur in judicio, oportet debitum esse liquidum, cujus nimirum probatio in promptu sit, *L. fin. c. de Compensat. & c. Bona fides, in fine, de deposito*. Quando autem sit tale, relinquatur judicis arbitrio, juxta sententiam communiorem. Habetque compensatio eum in debitis ejusdem rationis

(demptis quibusdam casibus, in quibus pro foro judiciali seu Externo dumtaxat, ei non est locus, quos refert *Castro Palao de Justit. commut. at. d. 1. p. 16. §. 2. num. 12.*) et si etiam in debitis rerum, quæ (ut *Juristæ* loquuntur) functionem non recipiunt, locus maneat retentioni: potes enim v. g. retinere gemmam instar pignoris, donec alter tibi vestem, pecuniam, aliudve debitum solvat.

*In quibus debitis locum habent.*

Non est denique locus huic compensationi, quando debitum est tantum ex una parte contractum. Quo tamen casu est locus alteri compensationi, quæ sit rei tibi debita recuperatio. Quæ non licet auctoritate propria; quando sine gravi difficultate potest solutio obtineri petendo à debitore, vel interpellando judicem; cuius alioquin officium assumitur in propria causa, cum pernicie (quæ sequeretur ex talibus agendi modis, si liceret) reipublicæ. Ubi bene notandum, famulos, & similes plerumque de insufficientia stipendii conqueri sine sufficienti ad compensationem (quæ proinde vix illis permittenda) fundamento; esto etiam videatur stipendium minus ordinario: hoc enim ex varia consideratione gradus habet. Immo adhuc sæpe commiseratio exhibetur sponte petenti; nec aliàs inveniuntur servitium, aut minus idoneo, vel necessariorum ipsi domino. Vide de hac compensatione dicta *supra n. 20. & 21.*

118. *Ab hac compensatione illa, quæ est debiti recuperatio, quando hoc locum habent.*

*Notandum quod hoc circa famulos.*

Secundò excusat debiti remissio voluntaria (quæ requirit absentiam violentiæ, si ve metus & fraudis) si ve expressa, si ve tacita, si ve verbis, si ve factis (v. g. chirographum rumpendo, cancellando, debitori reddendo &c.) exercita à creditore potente, nec specialiter prohibito remittere. Prout Canonici ex *Tridentino sess. 24. cap. 10. de reformat.* redduntur inhabiles ad remittendum distributiones alijs sine causa legitima à choro sese absentantibus, & *Ecclesia c. Exigit, de Censibus in 6.* ad remittendum ea, quæ Episcopus visitans accipit ultra et permittit in *c. Romana eod. tit. servata moderatone Bonifacii VIII. c. Felicitas eod.* Similiter judex delegatus, non obstantem remissione, tenetur reddere accepta, etiam sponte oblata, ultra esculenta & poculenta, quæ intra paucos dies consumi possent, aut (si absit à domicilio) ultra moderatas expensas; vel etiam hæc ipsa à partibus notabiliter indigentibus accepta *c. Statutum §. Insuper juncto §. Si quid, de Reservatis in 6.* Videri etiam potest *c. Cum ab omni, de Vita & honest. Cleric.*

119. *Qualiter excuset debiti remissio.*

*Qualiter excuset remissio.*

Tertiò excusat interitum remissio seu compositio facta cum Pontifice super debitis incertis, aliàs pauperibus seu pijs causis, aut Ecclesiæ applicandis ex jure, in quo potest Pontifex dispensare, vel etiam danda Ecclesiæ condonare ei, à quo accepta sunt; quod censetur implicite facere, dum

120. *Compositio cum Pontifice eo qui hoc fecit.*

dum secum componitur. Immo ratione potestatis indirectæ in temporalia idem interdum potest, exigente id bono spiritali, præsertim communi, circa debita certa. Circa quæ manifestius idem potest, supposito delicto creditoris, v. g. hæresi aut simili, ob quod posset bona, adeoque debita confiscare, & consequenter ipsos debitores ab iis solvendis liberare.

121. Excusat etiam debitoris impotentia, dum durat.

122. Vri & extrema necessitas.

An subtractione rei possit dominus conijci in similem necessitatem.

123. Quid si aliunde in illam simul cum debito incidierit.

124. Scotus malè à Wiggers sanatur.

Quid si dominus possit

rim debitorem tædè restituere domino in simili necessitate constituto & sua repetenti, etsi posterius in necessitatem incidit: eò quòd non teneatur à repetenda re sua abstinere ob similem alterius necessitatem, in qua & vitam, & præterea rem suam perdat. Recepta tamen satis sententia admittit debitorem tali casu esse potiorè ratione præhabita justæ possessionis ac juris retinendi, à quo per supervenientem alterius necessitatem videtur non deturbandus.

Petes, an transecta extremà necessitate sit faciendâ restitutio in ea consumptorum? Resp. indulgè teneri, quando solus usus sine consumptione erat necessarius ad succurrendum necessitati. Idem est, si res consumpta erat in dominio debitoris, v. g. ex mutuo, venditione &c. poterat enim succurrere suæ necessitati de propriis, quæ domino suo pereunt. Si manserat in dominio creditoris, non ita consentiunt Doctores. Videtur tamen dicendum, omnino manere obligationem restituendi: cum necessitas extrema non transferat jura, nisi quantum necesse est ad ei subveniendum; ad quod non requiritur nisi usus & necessaria consumptio, etsi manente onere restitutionis. Quod maximè locum habet, si res prius erat iniquè accepta: obligatio enim restituendi prius contracta ex iniqua acceptione videtur Doctoribus communiùs & Scoto sup. num. 37. solum sopiri, non extingui. Quando tamen fuisset justè occupata in ipsa necessitate, indicat Scotus sup. & tenent plures alii, non esse natam, adeoque non manere postea obligationem restituendi. Quod merito asseritur, quando accipiens est re & spe pauper, cui res ista erat necessario in elemosinam gratis conferenda.

Præterea ex communi Doctorum sententia excusa, gravis valdè necessitas nuditatis, famis, morbi &c. quòd etiam spectat everlio status justè acquisiti, juxta eosdem Doctores: adeò ut hac de causa solutio debiti ex communi sententia saltem sopiatur & licitè differatur in tempus commodius, quò necessitas ista cesset. Quòd facit Regula Scoti 4. d. 15. quaest. 2. num. 33. communiter laudata & recepta: Licet detinere rem alienam, quando ille cujus est, debet velle eam rationabiliter detinere. In casu tamen parisi hujusmodi necessitatis ob hanc ipsam regulam videtur restitutio faciendâ domino, præsertim illam petenti: cujus nimirum conditio melior est, saltem citra necessitatem extremam, quique posset etiam jure rem tali casu repetere; cum æquum non sit, ut ex re alteri debita quis suam angustiam sublevet cum pari angustia alterius, qui insuper re suâ carere cogeretur.

Quòd si status sit injustè acquisitus, K k y.g.ex

in necessitatem similem incidit.

125. An consumpta in eadem sint postmodum restituenda.

126. Qualiter excuset gravis necessitas, aut everlio status.

Obstat par dominus seu creditoris necessitas.

127. Status in-juste acqui- situs potius e- veniens est.

v. g. ex usuris, rapinis &c. ob- gatur debi- tor mox cum delerere: uti fur, qui ex mil- lenis furto ablatis familiam suam auxil- set, domum ornaasset &c. Ad- enim el- set iniquis obvia contra restitutionem evasio, augendo statum ex acquisitis per injustitias. Quin imo talis potius possi- det statum alienum, quam suum; qui uti- que ex propriis, non ex alienis aut alteri jure obstrictis assurgere debet. Si etiam per ludos & comotationes similesque in- ordinationes voluntariè se in tales angu- stias coniecisset, dilationem restitutionis non meretur, sed sibi ponenti causam de- bet effectum imputare.

Quid si per luxum quis se in angustias conjecerit.

128. Spes lucri non suspen- dit obliga- tionem re- stituendi.

Petes, an spes lucri notabilis sit suffi- ciens causa suspendendi restitutionem? Resp. Neg. cum *Navarro* & aliis passim. eò quòd per restitutionem nil de suis aut alteri indebitis perdat, sed solam cesset prosperatio debitoris ex re aliena seu alteri obligata; quam creditor non debet cu- rare. Itaque spes lucri, quæ nititur alic- nis seu alteri debitis, nequit reservari po- tius, quam ipsa res aliena detineri.

Limitatio.

Æquitati tamen satis consentaneum est, p- paret, ut, si spes lucri propinqua sit, unde debitor potens fiat etiam aliis creditori- bus satisfacere, dilatio tantilli temporis ei à creditore v. g. privilegiata concedatur. Lex enim charitatis dicitur jacturam tertii impedire, cum absque gravi incommodo proprio fieri potest.

129. Periculum animæ qualiter debito- rem excu- set.

Addunt præterea Doctores subinde ex- culare à restitutione statim facienda peri- culum notabile (quod aliter commodè averti nequeat, neque in malitia seu lasciv- ia, sed in angustia subito premente, fund- detur) desperationis, aut ne filia se pro- stituant, latrocinii filii se dedant ratione paupertatis. Item si multò gravius detri- mentum debitor pati debeat in bonis alte- ri non debitis, v. g. domum cum gravi adm- dum jactura vendendo, quam pos- stea opportunè & utilitè vendere pos- set. Nam in similibus casibus creditor se- cundùm charitatem & æquitatem, adeo- que rectam rationem moritò consentire debet in dilationem. Quia tamen pericu- lum peccandi potest voluntate illud sub- euntium averti, esto difficulter, accedens grave damnum creditoris facit, ut is non teneatur in dilationem consentire, adeo- que debitor teneatur alterius damno per restitutionem occurrere.

130. Restitutio differenda si Dominus sit re abu- surus in da- num tertii.

Petes, an similiter differre possis resti- tutionem, quando ipsa creditur allatura nocumentum creditori vel alicui tertio? Resp. si nocumentum sit contra justitiam, quod nimirum cederet in injuriam tertii, potes & debes ex communi Do- ctorum sententia differre restitutionem, si fieri possit absque gravi detrimento pro- prio; non solum ex lege charitatis, cum sic possis adeoque teneris innocenti gra-

ve dampni contra voluntatem passuro prospicere: sed juxta Doctores commu- nius etiam ex lege justitiæ, quæ vctat, ne coopereris in maliter injustitiæ alterius, prout coopereris, si absque justa causa, v. g. gravis damni proprii, præbeas in- strumenta nocendi, v. g. restitutas petenti gladium apud te depositum, uti si pro- prium eidem gladium commodas, quo oc- cidat tertium. Quare etiam in foro ex- terno reus furti haberetur, qui scalas de- positas furari volenti redderet. Uti & *L. si pignore s. Qui ferramenta ff. de furtis* id dicitur de eo, qui furi scalas aut ferramen- ta commodaverit; æquè autem liberè & citra obligationem scalas depositas quis furi reddat, etsi alioquin ipsarum domi- no. Quod à fortiori locum habet, si red- datur res amenti seu furioso, vel ebrio: à quibus operatio injusta ex necessitate seu absque libertate procederet per instrum- tum à te potestatum: justitia enim obligat, ut, quando potes, omittas actum proximo noxium, qualis est in tali circumstan- tia redditio rei. Quamvis damnum pro- prium grave faciat, ut moralis ratio coop- erationis à redditione v. g. gladii quæ est secundum se non mala, nec proxima co- operatio) auferatur, sicque non solum non injustè, sed nec illicitè agas reddendo do- mino rem suam.

Quòd si verò dominus sit re suà abusu- rus in alia peccata, quam injustitiæ, v. g. in ebrietates, seortationes &c. adhuc chari- tatis eaque sola me obligat, ut differam so- lutionem seu restitutionem, si commodè possim, sitque fundata spes mala ipsius do- mini sic impediendi. Quòd si ægrè ferat creditor, non est juxta Plures licitum tibi rem illius, ut à peccato avertatur, detine- re; quod esset quasi ei violentiam inferre. Prout nec licitum esset auferre illius pe- cunias ob similem causam. Alii tamen ma- jora requirunt incommoda prudenti ju- dicio conferenda cum malis quæ impedi- rentur: eò quòd proximus tali casu irra- tionabiliter ægrè ferat dilationem, cuius negotium salubriter geritur, differendo; adeoque manifestat obligatio charitatis ad im- pedienda illius peccata, quando sine aliis incommodis fieri potest. Et quamvis ha- beat jus petendi, quatenus petendo non fa- cit injuriam; non tamen habet jus, quate- nus pro nunc habeat potestatem me obli- gantem ad satisfaciendum petitioni, quæ nempe potestas catenus est quasi suspen- sa.

Quòd si dominus juridicè rem suam repeteret, liberè quis potest reddi, præ- tertim iudice de periculis informato: cum non teneatur quis incommoda litis pro eo, qui litem intentat, sustinere. Verius ta- men putat *Malderus* & ex eo *Wiggers* e. 4. dub. 3. posse sine scrupulo negotium pro- trahi, quando per moram putantur peccata impe-

Etiã ex lege justitiæ.

Præsertim abusus non liberè, v. g. quia ament.

Nisi grave damnum proprium excuset.

131. Si abusus sit in alia peccata obligat ad charitatem.

Quid si ab- ter ægrè ferat.

132. Aut si iuridicè rem suam repete- rat.

impedienda. Immo sunt, qui existimant posse etiam pecunias ali de causa subduci ad tempus, ut potest fama coram testibus aut superiore auferri in bonum corrigendi.

133. Notandum pro praxi. Nihilominus pro praxi loquendo notat *Lessius c. 16. dub. 4.* raro hac in re peccari mortaliter, sive quia creditor potest semper jure exigere solutionem, sicque dilatio erit parum efficax, sive quia multis id foret obloquijs & molestiis obnoxium, ideoque in praxi minus usitatum, sive quia sub hoc praetextu possent palliari injustitiae, sive quia non est solida spes fructus.

134. Ingressus religionis qualiter non excuset. Sexto, inter causas excusantes allegari seu proponi solet ingressus in religionem. Ubi in primis indubitatum est, restituum esse prius, quod alienum est, & in specie extat apud debitorem. Si etiam sit rationibus reddendis obnoxius, debet eas reddendo (quod brevi tempore fieri potest) prius satisfacere. Si insuper debitis alijs obstrictus, possit ea fore manendo paucis annis in saeculo, & exercitia suo statui congrua exercendo, tenetur quoque ingressum differre: tunc enim creditores sunt merito inviti, adeoque eis fieret injuria. Neque est tanti facienda brevis & temporanea suspensio hujusmodi boni spiritualis & voluntarii, quanti obligatio justitiae jam contracta; quando saltem dilatio non adimeret spem in futurum obtinendi locum. Nec denique (etsi videantur contradicere non pauci, signanter *D. Thomas, Casetanus, Silvester*, & reliqui Summistae, ut refert *Lessius c. 16. dub. 8.*) pro foro conscientiae juvare talem posset cessio bonorum (nisi forte creditores minentur carcerem, nequeque inducias) utpote quae non magis in conscientia juvat, quam citra eam impotentia vel necessitas, quae in casu non subest.

135. Qualiter excuset ex receptivis pecuniis. Nihilominus si longo tempore, aut extraordinariis & inusitatis laboribus opus esset, non videtur ingressus in religionem necessario omitti, aut tanto tempore differri debere, juxta communem satis Doctorum sententiam (quae colligitur ex *D. Thomae q. ult. art. 6. ad 3.* & traditur à *Lessio, Maldero, Wiggero*, & aliis passim odvis. Ratio assignari posset, quod qui nec adu, nec in spe propinqua habet bona, neque ex consuetis exercitiis facile habere potest, censetur impotens ad solvendum, adeoque excusatus. Dumque cuncta sua cessit creditoribus, non videtur obligandus ad longos & extraordinarios labores; cum nec iudices in foro externo id exigere soleant. Qui etiam merito sunt factores in causa adeo singulari; qualis est religionis ingressus. Quae autem post professionem talis acquirat, monasterio acquirat, veluti incapax proprii. Nec tenetur monasterium de his quidquam dare debitoribus. In *ca. Henrici Sum. Theol. Pars III.*

su tamen, quo obligabat dilatio ingressus, intemptiva admissio scienter facta (ignorantia & bona fides excusat) videtur obstringere monasterium sive superiores tamquam cooperatores inducere impotentiae.

Merito nihilominus ob gravia incommoda sequi nata Sixtus V. vixit admitti ad Religionem obratos ultra vires facultatum; immo admissam professionem invalidavit. Quod postremum tamen sustulit Clemens VIII. Etiam adhuc in quibusdam Religionibus vigeant conditiones à Sixto V. requisitae eas deducendo veluti in contractum, sic ut iis deficientibus invalida sit professio, defectu requisiti essentialiter consensus ex parte monasterii, ita expresse antecedenter protestantis.

Immo existimo etiam ex natura rei non posse sic gravatum debitum licite (de valore non est quaestio) ingredi Religionem, si in saeculo etiam totam vitam transigendo omnino speretur posse per operas non inusitatas debitis satisfacere: creditores enim tunc merito sunt inviti. Nisi forte solum sint debita ex contractu gratuito; cujus implendi obligatio patitur hujusmodi tacitam exceptionem seu conditionem. Oportetque consilium, quantumvis aliis excellens, debet postponi operibus ex justitia debitis, non obstante detrimento profectus seu lucri spiritualis: prout eo non obstante nequit totum tempus infunderationibus & pijs exercitiis manens in saeculo. Lucrum enim spirituale cessans non sufficit, ut excusetur quis à restitutione: quam merito exigit creditor, qui non debet permittere, ut cum ipsius damno debitor lucretur. Quare ingressus in Religionem respectu talis non videtur opus consilii, sed malum, utpote per quod debitor redditur impotens satisfacere debitis justitiae.

Neque verum generatim videtur, quod censetur moraliter impotens, qui non potest omnibus debitis vel potissima parti satisfacere, nisi differendo ad multos annos ingressum religionis, nam aliis etiam praevie ad ingressum consideratus censetur impotens, si ut consequenter in saeculo manens non teneatur amplius laborare ad satisfaciendum debitis, quibus spatium longi temporis, per moderatos labores satisfacere posset. Ut proinde non maneat causa talem excusans alia (quae tamen non sufficit) nisi majas bonum seu lucrum spirituale. Quis etiam si tam sancto & justo fine à religione abstineat, merito sperare poterit gratias à Deo ampliores, & per opera omnia, quae ad justitiae virtutem pertinent, in Deo certa mereri. Et hanc sententiam tenet *Gerson* referens multos Doctores Parisienses id affirmantes.

136. Qualiter ardeant obrari per Statum. P. 2. i. f. i. c. m.

137. Iudicium Auditoris.

masse *Supplem. Gabrielis Ang. & Valentia* prout refert *Sanchez l. 4. Summa c. 19. num. 6.* Refertur etiam *Navarro, Molina & alii.*

138. *An excuset jactura nobilitatis bonorum superioris ordinis*

Septimo à restitutione excusat juxta Doctorum receptam sententiam jactura honorum superioris ordinis respectivè gravis; v.g. non tenetur quis restituere famam cum jactura vitæ; divitias cum jactura vitæ aut notabilis famæ &c. ed quòd id videatur excedere regulas justitiæ commutativæ, & consequenter non possit rationabiliter & jure exigì à creditore.

139. *Non excusat excommunicatio creditoris.*

Octavo à Nonnullis (inter quos refertur *Adrianus, Panormitanus, Covarruvias*) adfertur pro causa excusante excommunicatio creditoris. Sed communis sententia (quam certam censet *Castro Palao disp. 1. de Justit. commutat. p. 17. §. 5.* etiam tam hanc, quam alteram probabilem censet *Wiggers c. 6. dub. 6. in fine*) contradicit. Nam non est unde debitor excusetur; per excommunicationem enim non privatur creditor bonis; neque etiam ex c. *Quod in dubiis, de Sentent. Excomm.* (ubi sermo est de nominatim excommunicato) juncto c. *Quoniam multos II. quest. 3.* privatur communicatione fidelium necessaria (perinde sive necessitas se teneat ex parte excommunicati, sive ex parte aliorum) sed tantum voluntaria & libera. Quare nec privatur communicatione requisita ad restitutionem debiti ex justitia; quæ quidem adeò brevis & modica est. Immo non privatur datione consilii vel eleemosynæ, eidemque (ut habetur c. *Quoniam multos §. fin. II. quest. 3.*) humanitatis causâ quid dare non prohibetur; quanto minus igitur prohibetur redditio debiti? Quod in toleratis à fortiori procedit.

140. *Non obstat, quod contra excommunicatum possit excipi in judicio.*

Porrò c. *Pia, de Except. in 6.* dumtaxat non admittuntur excommunicati ad judicium in qualitate actoris, sic ut contra eos excipi possit à reo titulo excommunicationis, non autem repellatur à jure exigendi debita extrajudicialiter; quæ, etiam dum non exiguntur, sunt solvenda. Alibi quoque in judicio sæculari admittuntur ad exigendum debitum; ut de Gallia ferunt, teste *Zypao in Notit. Jur. Belg. Tit. de Except. & de Hispania testatur Covarruvias l. 1. Variar. c. 18. num. 5.* Ad summum possit altera sententia habere locum, quando citra speciale gravamen aut necessitatem creditoris fieret hujusmodi dilatio ob spem frangendæ per hoc cõtumaciæ; quod tamquam non inutile interdum, & charitati consentaneum approbat *Wiggers supra.*

141. *Quod privilegium cessionis bonorum.*

Nonò allegari possit cessio seu abdicatio omnium bonorum. Qui est favor à lege concessus debitori; dum non est solvendo bona abdicanti, ut incarcerari, aut in carcere detineri non possit; *L. 1. C. Qui*

bonis cedere possunt, nec de postmodum acquisitis conveniri, nisi quantum commodè præstare potest, id est, reservata congruâ & moderatâ satisfactione. *L. 4. & 6. ff. de cessione bonorum, & Instit. de Actionibus §. fin. Inhumanum enim erit* (ut ibid. dicitur) *spoliatum fortuna suis iterum in solidum damnavi.* Quod etiam in foro conscientiæ locum habere censet *Covarruvias l. 2. Variar. c. 1. num. 6. Molina Tr. 2. d. 572. circa med. Soto 4. quest. 7. art. 4. in fine,* & alii passim contra Nonnullos: leges enim istæ (quæ non fundantur in præsumptione, sed tantalem favorem in dicto casu, illisque censentur contrahentes se conformare. Tenentur nihilominus indubie hujusmodi falliti conari fideliter, ut acquirant, unde restituere queant. Neque à restitutione exculantur juxta communem & veram sententiam, contra Nonnullos, præsertim Jurisperitos, si ad pinguiorem fortunam devenierint, quòd ignominiosam aliquam solentitatem (quæ diversis in locis variè est in usu) in foro cessione subiverint: hæc enim ignominia non subrogatur solutioni, in præjudicium haud æquum creditorum; ut nec ignominia carceris liberat non cedentem foro, qui nihilominus solvere cogitur, usque ad novissimum quadrantem. Solum igitur est instar pœnæ ob culpam saltem præsumptam; aut certè adhibetur, ne quis faciliè in perniciem creditorum ad cessionem faciendam convolet.

Moribus nostris ex Edicto Caroli V. ad cessionem requiritur diploma Principis, quòd intra mensem à die impetrationis in judicio offeratur, unâ cum synopsi jurata omnium bonorum, quæ relinquunt creditoribus, dimissa possessione; ut videre est in *Cod. Belgico V. Cessio, & apud Zypaum in Notit. Jur. Belgici L. 7. Tit. unie. Qui bonis cedere possunt, qui & alia circa hujusmodi ordinata per Principes addit. Verùm jure Romano sufficit facta cessio extrajudicialiter, etiam per nuntium vel Epistolam *L. fin. ff. de Cess. bonorum; & idè extrajudicialiter, ut sufficiat sola voluntatis professio L. 6. C. Qui bonis cedere possunt.* Quod præsertim Justinianus *Nov. 125.* permittit loco cessionis juramentum, quò debitor juret se non esse solvendo, hæc se nil auri reliquum habere, usque (quò sola cessio liberat à carcere) receptum non est; ob id (ut credit *Gudelinus l. 4. de Jure noviss. c. 16. num. 17.*) quòd *Novella hæc sit una ex iis, quæ intercederunt, nec Veteribus cognita fuere.**

Porrò qui bonis cessit, manet dominus eorum, donec vendita sint *L. 3. ff. de Cess. bonorum.* potestque cum interea cessionis pœnitere, bonisque repetitis se defendere *L. 5. ff. eod.* Utque beneficio cessionis gaudeat, nil potest bonorum retinere: qui enim aliqua

Tenentur restituere si possunt esse minus in forum.

Esperantiam aliam nisi in forum subire possunt.

142. In Belgio qui requiritur diploma Principis in jactura excommunicati.

Inre cessio extrajudicialiter, ut sufficiat sola voluntatis professio.

Novella Justiniani 125. non est usque recepta.

143. Bona quæ dicitur mori debentur. An omnium cedere esse retinet.

retinet, bonis non cedit Vestem tamen quotidianam relinquere possit humanitas, ne nudus incedat. Quia in re Carolus V. pro his regionibus statuit cedenti bonis unum lectum cum suis ornamentis, item ex singulis rebus mobilibus non pretiosam unam dumtaxat miserationis gratia relinquentiam esse; ut videre est in Codice Belgico & apud Zypmam locis citatis.

Quid retineri possit pro Belgio sanciverit Carolus V.

144. An necessaria tenuis secundum statum sustentationi rationari possit.

Præterea dum absque culpa sua quis cogitur cedere bonis, si per creditores fiat in bonis executio, censet Lessius c. 6. dub. 3. & ex eo Wiggers c. 6. dub. 3. & plures alii, posse illum licite retinere necessaria, ut tenuiter secundum statum suum vivat, & ad illum finem quædam occultare ut non egeat. Sed negant Jurisperiti, & ex Theologis Molina Tract. 2. disp. 572. Lugo d. 2. sect. 2. & alii: eo quod privilegium cessionis detur dumtaxat omnia (nisi quædam excipiuntur per ipsam legem) cedentibus: & alimenta quotidiana demum concedantur in casu, quo post factam cessionem melior fortuna ariserit L. 6. ff. de Cess. bonor. quam legem non rectè Lessius intellexit de bonis, quæ habebantur tempore instantis cessionis. Unde juxta Lugo sup. & alios talis post accessum melioris fortunæ non potest uti beneficio per legem dato ob cessionem, sed solum de postea acquisitis servare sibi, quod præcisè jus naturæ permittit.

145. Qui Cof. sine non indigent.

Cessione non indigent, quibus est competentia beneficium, ideoque excuti non debent, ultra quam commodè possit, ne egeant: uti clericus gaudens privilegio clericali, milites, parens conventus à prole, maritus ab uxore, socius durante matrimonio ratione dotis à genero, socius à sociis. De quibus vide Zoënum ad ff. de re judicata n. 178. & seqq. & ad ff. de Cess. bonor. num. 7. & 8.

146. Qui ab ea excludantur.

Cessio præterea locum habet in debitis ex causa civili, eaque non competit juxta Zoënum in ff. de Cess. bonor. & alios deceptorum bonorum, qui hæc commiseratione dignus non est non dissipanti aut alienanti bona in fraudem creditorum: non ei, qui dolosè cum suo creditore versatus est, aut qui spe & animo cedendi contraxit. De quibus vide Jurisconsultos ad ff. de Cess. bonor. & Cod. Qui bonis cedere possunt. Videri etiam possunt, quæ scribit Christianus ad Consuetud. Mechlin. Tit. 21. per totum. Vi earumdem consuetudinum Tit. cit. art. 2. cedentes bonis declarantur infames; quales etiam habentur per mores in variis locis, et jure communi infames minime sint.

Cedens bonis Moribus Mechliniis sum est infamis.

147. Inducia quinque qualiter concedantur.

Tandem observa interdum creditores concedere citra cessionem inducias quinquennales debitori. Ubi standum consensui unius vel plurium, quibus major pars debetur. Stante æqualitate debiti, sed dispari creditorum numero, amplior pars creditur.

Herincx Sum. Theol. Pars III.

ditorum obtinet. Si autem sit paritas tantum debiti, quam numeri personarum, præferenda pars humanior; quæ tempus indulget L. 8. C. Qui bonis cedere possunt. Immo non solum...

148. Incertitudo domini an vel quantum excuset.

Decimò, incertitudo domini seu creditoris videri posset exculare à restitutione: cum iustitia tantum obliget debitum reddi illi, cujus est (nisi is alteri reddi voluerit, & satis id indicaverit; quod videri posset in presenti non contingere) quo proinde non comparente, impossibilis fit talis restitutio. Estque ea opinio quantum ad debita incerta citra delictum (quò etiam spectant casu inventa) non improbabilis, quam tenet Petrus Navarra & alii; prout diximus à antecedentibus. Contraria tamen est D. Thoma, Scoti & aliorum communior, fundata in consuetudine receptorum priorum ac præsumpta dominorum voluntate. Quamvis etiam huic inherendo possit debitor si pauper sit, ea sibi tamquam tali retinere; præsertim de assensu vel consilio Episcopi aut Confessarii, quamquam in rigore non necessario. Debita autem ex delicto non posse retineri, tenent omnes pro indubitato; eorumque retentioni domini seu creditores omnes, si rogari possent, indubiè contradicerent. Quare pauperibus vel aliis piis causis applicanda sunt ex jure Canonico c. Cum in de usuria, & c. Cum sit de Judais, ne contingat ex iniustitiis homines ditescere. Tameñ autem sermo ibi fit de usuris: id tamen potius exempli gratia pro re nata positum est; ut proinde de ceteris etiam per delictum acquisitis omnes indubitanter idem asserendum velint.

Cui incerta restituenda.

Signanter debita ex delicto.

149. Qui si solus sit incertitudo domini secundum quid.

Prædicta verò intelliguntur de bonis omnino & simpliciter incertis: si enim solum dubitetur de tribus aut pluribus, res pro rata dubitanter illos dividenda est, aut dubium sorte dirimendum. Quod etiam faciendum, quando membrum alicujus communitatis damnatum est illatum, & ignoratur præcisè, quibus particularibus inter multos. Vide Molina Tr. 2. d. 745. Lessius c. 14. n. 32.

150. An vel quomodo excuset facta creditore creditore.

Undecimò, Solutio facta ei, cui debet meus creditor, liberat in foro conscientia, juxta Silvestrum, Angelum, Joannem Medinam, ut refert & sequitur Lessius c. 16. dub. 5. & alii passim. Liberavi enim creditorem ab æquali debito; quod est ejusdem estimationis, ac si ei solutionem fecissem. Deinde is, cui facta est solutio, censetur mihi cessisse jus suum adversus creditorem, qui proinde factus est mihi debitor, adeoque locum habet compensatio debitorum, si sint ejusdem rationis, aut certè detentio rei debita creditori instar pignoris. In foro etiã externo hujusmodi solutio admittitur, quando debitum ex eadem causa procedit, v. g. si res debita, quæ solvitur creditori, sit ei obligata, ut si conduxi à te domum quam tu conduxisti.



duxisti ab illo; vel si mea causa factus sis debitor illi, ut si gerens mea negotia mutuum acceperis. Vide *L. 11. §. 5. ff. de pignoratit. act. L. 36. ff. de negotiis gestis, & L. 7. C. Quod cum eo.* Alias non admittitur juxta *Barrotum* relatum à *Lessio c. 16. dub. 5.* Nihilominus liberatio debitoris continget via exceptionis; ut patet *L. 6. ff. de dot. mali except.* cum iniquum sit, creditorem petere pecuniam, quam habet utpote in ejus utilitatem versam, et sine mandato. Nisi tamen interfit creditoris non solvi suo creditori.

Notat autem *Castro Palao d. 1. p. 18. §. 10.* licet adhiberi hunc solutionis modum in debitis ejusdem rationis; eò quod sic utiliter geratur negotium creditoris, faciendū quod ipse præstare deberet: secus si sint diversæ rationis (nisi fortasse tertium debitum suum recuperare non possit) eò quod non liceat privato in alteri dicere, & auferre aliena v. g. pecunias, ut inde tertius sibi debita recuperet.

151.  
An excusetur, qui tantumdem creditori donat vel legat.  
Nonnullorum opinio.

Duodecimò, quæri posset, an excusetur à debiti solutione, qui tantumdem creditori donat vel legat? Varii (quos citant & sequuntur *Menochius & Covarruvias* apud *Castro Palao d. 1. p. 17. §. 8.*) affirmant, si erat debitum ex lege: Negant, si debitum erat ex causa voluntaria, puta conventionione, donatione, aliove pacto. *Layman Tr. 2. de restit. c. 12. circa finem*, censet compensationem fieri per elemosinas & donationes in piæ causæ, quantum ad debita ex delicto vi juris Ecclesiastici, v. g. ob non assistentiam in horis, vel omissionem divini officii; ex virtuali scilicet fidelium intentione satisfaciendi per elemosinas obligationibus & negligentis per peccatum contractis.

152.  
Vera opinio declarata.

Verum dicendum, quod in foro conscientie sit standum intentioni donantis vel legantis. Unde si donatum vel legatum

fecerit cum memoria debiti & animo compensando, donatio erit verbalis, revera autem debiti solutio. Si habuerit animum non compensandi, manet obligatio. Si debiti omnino immemor donaverit vel legaverit, nisi ad sint manifestæ conjecturæ in contrarium de animo legantis, non est attendenda compensatio, sed debiti novi accumulatio, quodvis sit debitum, sive legale, sive conventionale, idque non solum in foro conscientie, sed æquè in judiciali, ex communi ferè omnium sententia: nam donatio liberalis nequit esse solutio debiti. Voluntas autem generalis vel interpretativa non operatur satisfactionem ex justitia debitam, nisi per media apta, cujusmodi non est liberalis donatio. Neque etiam donans liberaliter ponit rem præceptam; quæ nempe non est opus gratiæ, sed justitiæ: ut proinde non obstat præmissæ doctrinæ, quod ad impletionem præcepti, etiam ignorati, sufficiat poni ipsum opus seu rem præceptam. Vide plura apud *Castro Palao sup.*

Denique solutionis effectum etiam operatur, adeoque ab ulteriori restitutione excusat solutionis oblatio, etsi non acceptata, cum depositione pecuniæ designata; cujus tamen effectus resolvitur, si debitor pecuniam consignatam (uti potest) recipiat. Item confusio crediti; cum scilicet unus idemque sit creditor & debitor, v. g. ratione successione. Item satisfactio, dum aliter, quam conventum erat, satisfit voluntati creditoris, puta novatione seu novæ obligationis loco prioris positione; delegatione, dum scilicet alius in se obligationem suscipit consentiente creditore, acceptatione &c. De quibus vide *Zoesium, Wesenbecium & alios Jurisconsultos in Titulum de Solutionibus, & huic affines.* Et apud *Castro Palao disp. 1. de justit. Commutat. p. 17. §. 18.*

153.  
Que ab hinc operatur effectum in ab hinc ab hinc.

